

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.  
Fasciculus 10.  
Pagine {1462}-{1556}.

Proprium de sanctis.  
Festi Octobris.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXV.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published January 1 2015.

Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2015.

## ¶ *Sanctorum Remigii, Germani, Vedasti et Bavonis, episcoporum et confessorum.*

(*j Octobris.*)

¶ *Ad matutinas ix. lectiones fiant : tres prime lectiones de communi plurimorum [episcoporum et]<sup>1</sup> confessorum dicuntur : et medie lectiones de sancto Meloro martyre dicuntur de communi unius martyris. Et tres ultime lectiones fiant de expositione Evangelii Sint lumbi vestri. [868]. et sic fiant ix. lectiones.*

*Cetera omnia de communi plurimorum confessorum cum oratione ut supra, scilicet Exaudi quésusmus [Dómine].<sup>2</sup> {1460}.*

*Hac die erunt vespere de sancto Remigio sociisque ejus et memoria de sancto Thoma Herfordensi, non Sarum.*

### *Oratio.*

**D**eus qui ecclésiam tuam beáti<sup>3</sup> pontíficis Thome<sup>4</sup> angélica puritáte et virtútum glória decorásti : concéde nobis fámulis tuis, ut ejus suffragántibus méritis angelórum cum ipso mereámur agmínibus sociári. Per [Dóminum].<sup>5</sup>

## *Memoria de sancto Leodegario episcopo et martyre.*

### *Oratio.*

**D**eus qui hodiérna die beátum Leodegárium mártym tuum atque pontíficem glória et honore coronásti : tríbue nobis propícius ut qui glóriam non merémur, indulgentiam ipso interveniénte<sup>6</sup> consequéamur. Per Dóminum.

**I** *Sancti Thome Herfordensis  
episcopi et confessoris.*

*non Sarum.<sup>7</sup>*

(ij Octobris.)

*Ad matutinas.*

*Lectio j.*

**B**Éatus Thomas natiōne  
Anglicus angélicus homo  
iste de nobílibus paréntibus,  
cathólicam originem trahens, a  
priméva etáte morum honestáte

preclárus : sic in stúdiis litterárum  
sollícitus profécit, quod tam in  
humánis sciéntiis quam in divínis  
honórem magistérii est adéptus.

*Lectio ij.*

**I**c demum in ecclésia Herford-  
énsi pastor efféctus : semper  
stúduit de virtúte in virtútem ingrédi.  
Qui in virtútum cúlmine pósitus, in

templo Dei sic effúlsit, ut mérito dici  
posset présulum gemma. Jura vero  
ecclésie sue viriliter defendébat :  
indútus justítia ut lórica.

*Lectio iij.*

**I**c pónifex curam ínopum  
gerens : in elemósinis cibórum  
et pannórum semper propriis mínis-  
trans mánibus. In justis opéribus  
semper devótus : corpus macerábat  
próprium multo jejúnio. Obitum

suum sciens appropinquáre : frátribus  
congregátis in unum dixit dissoluti-  
ónem sui córporis imminére, et sóciis  
suis dans ósculum pacis emísit  
spíritum.

*Medie lectiones de sancto Leodegario.*

*Lectio iiij.*

**B**Éatus Leodegárius ex nobí-  
líssima Francórum progénio  
exórtus, et sacris lítteris  
decénter imbútus : disponénte Deo in

Augustudunénsi urbe pónifex est  
eléctus. Erat autem zelo Dei et amóre  
férvidus : et in ómnibus Dei mandátis  
meditátor assíduus. Erat tunc Ebro-

ínuſ major régie domus : cupiditatis face succénsus, et avarítie pesti nimis deditus. Qui Leodegárium justicie líneam inflexibíliter servare cognós- cens, eum grávitor cepit habére suspéctum : quia nec adulatiónis sibi ut céteri impendébat obséquium, et contra omnes minas suas cum

cognoscébat permanére semper intré- pidum. Mórtuo autem Clotário rege, et filio ejus Hildérico in regnum succedénte : Ebroínus plúrimis exósus, a mortis discrímine intervéntu Leodogárii subdúcitur, sed tamen tonsorátus Luxónio monastério in exílum dirígitur. Tu autem.

*Lectio quinta.*

**R**Ex autem Hildéricus, quia sanctum Leodegárium pre ómnibus sapiéntie luce esse con- spícuum cognoscébat : assídue in palátio secum retinébat. Cum autem vir sanctus regem a rectitúdinis trámite aberrántem redargúere cepí- set, prevéntus rex malórum consíliis, dum ejus verba ad emendatióne debúerat aptáre, de illíus morte occasiónes cepit inquirere. Tandem iniquórum factióne comprehénsus, sed intervéntu primórum palátií a

morte exémpitus : Luxónio monas- tério in exílum dirígitur. Non multo post rex a suis interficitur : et sancto Leodegário ad sedem suam redíre permíttitur. Ebroínus quoque, quia in castris Christi militáre non pótuit, seculária arma arrípuit, et totum quod passus fúerat in Leodegárium vindicáre dispósuit. Vir autem sanctus nichil jam de hoc século degréverat cogitáre : sed magis spiri- tuálem nequítiam quam terrénum hostem metúere. Tu autem.

*Lectio sexta.*

[150r.]

**A**Ittit itaque Ebroínus ímpius exércitum : ut furóri suo satisfácere possit super Leodegárium. Quod cum vir Dei cognovísset : intrépidus de se Dómini expectábat judícium. Cum autem hóstilis exér- citus urbem irrúmpere festináret, timens vir sanctus ne quid damni commíssus grex pro se paterétur :

apértis claustris sponte se óbtulit pro óvibus, inimícis. Mox autem ab ejus cápito lumínibus evúlsis, et diu eo in custódia pósito sub inédia famis : cum incessánter eum Dómino réddere grátias Ebroínus cognovísset : lábia ejus secári fecit. Et cum nec sic a gratiárum actiōne cessáret : recrudes- cénte in ánimo ejus indignatióne,

jussit eum clam in abscónrita  
silvárum duci, et ibi cápite truncári.  
Quo facto, et a religiósis viris decénter

sepúlto : cepérunt ibi innúmera  
miraculórum signa fieri a Dómino.  
Tu.

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii, Homo quidam peregre. [814].*

**C** In natali sancti Leodegarii episcopi et martyris iij. lectiones fiant cum oratione ut supra scribuntur. Cetera omnia de communi unius martyris et pontificis. [729].

## ¶ Sancte Fidis virginis et martyris.

(vj. Octobris.)

<sup>8</sup> Tres lectiones fiant : invitatorium duplex : cum hac oratione.

**D**EUS qui présentem diem beátę Fidis vírginis tue martýrio facis esse solénnem : presta ecclésie tue, ut

cujus méritis gloriáatur, ejus précibus adjuvétur. Per Christum Dóminum.<sup>9</sup>

### Lectio prima.

**S**ancta Fidis<sup>10</sup> Agennénsium civitáte oriúnda fuit, et ex paréntibus claríssimis splendidíssima proles procreáta : alúmna loci ipsíus in ortu, facta est patróna in passióni óbitu. Nóbilis quoque vétérum et generósa stirpe paréntum, sed facta Christi múnere nobílior : quia stola virginítatis cándida indúta, fulgens fide in Dómino Jesu Christo, odórem bone suavitatis protulit. Hec namque prima in civitáte Agénno : decus et exémplum martýrii magni cunctis Christi fidélibus fuit. Igitur cum eódem témpore preses sceleratíssimus nómine Daciánus diréctus a prophánis Dyocleciáno seu Maximi-

áno imperatóribus, qui tunc Románe arcis primátum régere videbántur, Agénum urbem ingrederétur, dolo instigátus diáboli quátenus sacrilégos beneficiis remuneráret, atque Christiánis íbidem metu ipsíus laterítibus atrocíssimas penas inférret : contínuo beatíssimam vírginem Fidem accersíri jussit, et suis conspéctibus duci precépit. At illa se sponte ministris óferens, corpúsque suum undíque signo sancte crucis muniens : tota intentiōne Dóminum precabátur. Et armáta sancte crucis vexíllo, fronte, ore et péctore, Sancto roboráta Spíritu : hílari ánimo perréxit. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>11</sup>

### Lectio ij.

**C**um autem astáret coram présidem<sup>12</sup> : blando sermóne ait ad eam, Quid est vocábulum nóminalis tui ? Cui consequénter sancta Fidis nullo metu pertérrita : respóndit, Fidis nóminalis et ópere vocor. Preses

dixit, Qui cultus, inquit, religiónis ac fidei tue ? Ad hec sancta Fidis respóndit, Ab exordio juventútis mee Christiána sum, et Dómino Jesu Christo tota mentis devotióne desérvio, illiúsque nomen confíteor :

illi me tota intentióne commítto. Preses vero callidíssima simuláta tranquillitáte : paulo indulgentius respondebit, Accipe inquit o júvenis puélla consílium pulchritúdini atque juventí tue necessárium, et cessa ab hac confessióne, et sacratíssime Diáne sacrífica, quia ipsa séxui vestro est consímilis : et multis te munéribus fáciam ditiórem. Quam promissiónem Christi virgo velut níchilum députans : ita respóndit, A patrum traditióibus cognóvi, quia omnes dii géntium demónia sunt : et tu michi blandíciis persuádere vis ut eis sacrificare débeam ? Preses vero ira commótus : ait ad vírginem, Ut quid deos demónia esse dícere presumpsísti ? Aut prostráto inquit córpore diis

sacrífica : aut divérsis te fáciam interíre torméntis. Tunc sancta Fidis<sup>13</sup> secúra de prémio, exémplo magnórum mártirum roboráta : has áudiens minas, desíderans a terréna vita ad supérnam migráre glóriam, in hanc vociferatióne prorúpit dicens, Ego pro nómine Dei mei Jesu Christi non solum pati divérsa sum paráta torménta : sed et mortem in ejus confessióne subíre desídero. Tunc preses magis furóre succénsus, jussit satellítibus suis ut sanctam vírginem inférrent in lectum séreum, et super- [150v.] pósitam per quátuor partes exténdi, ignémque suppóni precépit : ut ejus ténera membra tam crudéli dirum-peréntur supplício.

*Lectio iij.*

**T**aque candéntem cratículam sanctíssima virgo ultro concén-  
dens, divaricatis membris per quátuor  
partes exténditur : lorísque férreis  
coartáta per flámmeam cratem  
provólvitur. Cui ímpii minístri férreis  
batíllis ardéntes prunas subjíciunt :  
adipéque flammis injécto, ad látera  
usque tórrida incéndia subvoláre  
cogunt : Cujus constántiam nulla  
injuriárum vi superándam, nullóque  
excogitatórum arguménto cruciátuum  
repriméndam, beátus Caprásius

duóque fratres nómine et méritis Primus et Feliciánus, cum multis áliis admirantes, amóre Dei solíus ánhelo pectóre flagrántes tam fide quam ópere, contínuo huic se agóni sociavérunt : mortísque perículis se alácriter injecérunt. Predíctos autem sanctos omnes ad júgulum mortis una conspiratióne confértos, mox ut vidit sevus ille cárnifex, blandiméntis demulcére minísque terrére eos cepit : sed nec sic ullo modo fléctere eos pótuit. Sicque in ira gravi commótus,

ut se advérsus eos nullátenus prevalére sensit : ad últimum data senténtia, omnes simul cum beáta vírgine et gloriósa mártyre Fide, duci ad delúbra precépit, ubi aut diis immoláre, aut capitibus plexis ómnibus certum fiat vitam finíre. Ducti sunt ergo Christi mílités una cum beáta Fide ad predíctum locum. Ubi cum nulla vi possent compelli ad sacrificándum, capitibus cesis, uníus diéi hora cum triúmpho martýrii ad corónam glórie

felíciter simul perveníre meruérunt, ut quibus pulchra et venerábilis éxitit in fidei constántia societas : esset púlchrior atque excelléntior in martýrii societáte felícitas. De quorum passióne prídie nonas Octóbris nos gaudére et illustráre vóluit, qui gloriátur in sanctis Dóminus noster Jesus Christus : cui est cum Patre et Spíritu Sancto honor et glória in sécula seculórum amen.

*Cetera omnia de communi unius virginis et martyris. [877].*

## **¶ Sanctorum Marci, Marcelli, et Apulei martyrum.**

(vij. Octobris.)

*Invitatorium duplex, tres lectiones fiant de communi cum hac oratione.*

[Orémus.]<sup>14</sup>

**S**anctorum mártirum tuórum  
Marci, Marcélli, et Apuléi, nos  
quésumus Dómine<sup>15</sup> beáta mérita

prosequántur : et tuo semper fáciant  
amóre fervéntes. Per [Dóminum].<sup>16</sup>

*Cetera omnia de communi plurimorum martyrum dicuntur. [739].*

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

# ¶ *Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.*

(ix. Octobris.)

## *Ad primas vespertas.*

[*Super psalmos*]<sup>17</sup> ant. Sancti per fidem. [*Require*]<sup>18</sup> in communi. [739].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justórum ámine. in communi. [790].

*R.* Vir ínclitus. {1488}.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. in communi. [739].

*V.* Letámini [in Dómino].<sup>19</sup> [748].

AS:559; 1520-S:135v; 1531-S:150v.<sup>20</sup>

3355. Ant. VIII.i.

N-sígnes \* pre-có-ni- is alme tu-e no-bi-li- tá-tis

cónso- nant vo-ces col-laudán- tes verbo súpli-ci

pro-se- quámur, a- ve íncli- te mar-tyr ange- ló-rum

con-sors, a-posto- ló-rum só-ci- us, prophe-tá-rum con-

cí-vis, et mártý-rum cohé- res, sancte Di- oný-si

{1470}

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves:

cum só-ci- is tu- is      intercé-de pro nostra      omni- úm-  
 que sa- lú-te. *Ps. Magnificat. 69\**.

*Oratio.*

**D**eus qui hodiérrna die beátum Dionýsium virtúte constántie in passióne roborásti, quique illi ad predicándum géntibus glóriam tuam Rústicum et Eleuthérium sociáre

dignátus es : tríbue nobis quésumus, ex eórum imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per [Dóminum].<sup>21</sup>

*Ad matutinas.*

AS:559; 1520-S:135v; 1531-S:150v.

Invit.  
IV.i.

1015.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves:

- do-ré-mus \* re- gem mag- num Dó- mi-num.

†Qui in sanctis su- is semper est mi-rá- bi- lis.

*Ps. Ve-ní- te. 13\**.


*Hymnus. Sanctórum méritis. [in communi.]<sup>22</sup> [742].*

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

¶ *In j. nocturno.*

AS:559; 1520-S:135v; 1531-S:150v.<sup>23</sup>

1. Ant. I.i. 4775.




Anctus Di- oný-si- us \* qui tra-dénte be- á-to  
Cle-mén- te Petri a-pós-to-li succes-só-re ver- bi di-  
ví-ni sémi-na gén-ti-bus e-ro-gán-da sus-cé-pe-rat.

*Ps. Beátus vir. (j.) [12].*


AS:559; 1520-S:135v; 1531-S:150v.

2. Ant. VIII.i. 4553.



Uo ámpli- us \* genti- li-tá-tis férve-re cognó-vit er-  
ró-rem, il-luc intré-pi-dus et ca-ló-re fí-de- i armá- tus  
accéssit, et Pa-rí-si- us Dómi-no du-cénte pervé-nit.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



*Ps. Quare fremuérunt. (ij.) [12].*

AS:560; 1520-S:136r; 1531-S:150v.<sup>24</sup>


3. Ant.

VIII.i.




3939.

On vé-ri-*tus* \* incré-du-le gentis expé-te-re fe-ri-



tá-tem, qui- a virtú-tem su- am pre-te-ri-tá- rum pe-ná-rum



re-cordá-ti- o robo-rá-bat. *Ps. In Dómino confido. (x.) [19].*

*V. Letámini [in Dómino].<sup>25</sup> [748].*

*Lectio prima.*

**D**eciósus athléta Dómini Dionýsius<sup>26</sup> cum arcis Ro- máne mériis sui preséntiam intulit : beátum Cleméntem pontíficem sancte et summe<sup>27</sup> apostólice sedis ápicem gubernántem invénit. A quo digno est cum honóre suscéptus : et loco máxime veneratiónis est hábitus. Quem beátus Clemens inter mítuam collocutióñem apostolicárum sanctiónum : sic allocútus est dicens, Vides mi frater Machári<sup>28</sup> Dionýsi


quanta messis est Domínice satiónis : et quam pauci sunt operárii. Quia ergo de ómnibus cathólice pietátis es [151r.] sufficiénter edóctus, in tui apostolátus sorte, omnem suscípiens Gálliam, perge in nómine Dómini : opus fac evangeliste, ministérium tuum imple. Et ne vereáris multitúdinem et atrocitátem gentis barbárice : pro certo sciens quia qui plus labórat, plus mercédis accípiet. Tu [autem Dómine miseré nostri].<sup>29</sup>

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.


AS:560; 1520-S:136r; 1531-S:151r.<sup>30</sup>

1. Resp.  
I.

7402.  Ost pas-si- ó-nem \* Dó-mi- ni in u-ni-vér-  
sis gén- ti- bus pre-di-cá- ti- o pro-fu-tú-  
ra succés- sit : i-ta ut fi-de crescén-te mul-ti me-  
re-rén-tur fí- e- ri confessó- res. †Quos ca-thó-  
li-ca póstmo-dum gau- det ecclé- si- a prome-  
7402a. ru- ís-se márty- res. ¶ Qui cum immi-né-re su- as  
cérne-rent passi- ó-nes, quas Dómi-no Je-su Chris-to do-  
cénte di-dí-ce- rant re-plé-ti Spí-ri-tus Sancti grá-ti- a



Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



do-cu- é- runt. †Quos.

*Lectio secunda.*

**S**ocios quoque ei et commi-  
nístros verbi plures et probátos  
viros adhíbuit beátus Clemens : et  
data pace ómnibus, ita hanc vere  
fraternitátis societátem sancívit abíre.  
Qui simul properántes, et circumcírca  
Dóminum predicántes : appulérunt  
pórtui Arelaténsium civitatis. Et  
exínde quibúsdam in partes neces-  
sárias prout ei visum fúerat destinátis,

idem Dionýsius machárius,<sup>31</sup> quo  
ámplius apud Gállicas gentilitátis  
férvere cognóvit errorem, illuc  
intrépidus et calóre fidei armátus  
accéssit : et Parísius Dómino ducénte  
pervénit. Que Parisiorum cívitas ut  
sedes régia nobilitáte multa pollébat.  
Hunc ergo locum Dei fámulus élégit  
expeténdum.

AS:560; 1520-S:136v; 1531-S:151r.<sup>32</sup>

2. Resp.

VI.

6791.



Rá- ti- as \* ti-bi Dómi-ne qui infes-tán tes



i-ni-mí-ci já-cu- la pro-ba-ti- ó- nem fi-dé-li- um

tu-ó- rum presti-tís-ti es- se et non vúl- ne-

ra, sed ta-lem tu- is marty-ri-bus trí- bu- is pro la-bó-

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

re mercé- dem. †Ut nul- lum tu ó-rum fu- ísse  
 6791a. gáu- de- at hos- tis imbél- lem. ⁊ Qui-ní-mo  
 perpé- tu- um e- is largí- ris tri- úmphum : ut ecclé-si- e  
 tu- e semper sint in ex-ém-plum. †Ut nul- lum.

*Lectio iij.*

**C**um primo fide armátus et confessiónis constántia roborátus beátus Dionýsius Parísius accessísset intrépidus, atque íbidem deductióri tempore immorátus, máximam Christi grátiam in lucrándis pópulis fuísset adéptus : ecclésiam illuc<sup>33</sup> juxta facultátem suárum virium, utque novus adhuc ádvena póterat, in honórem Dómini nostri Jesu Christi constrúxit. Ubi officia devóte Dómino serviéntium clericórum ex more constítuit, probatásque persónas honóre secúndi órdinis ampliávit : incessánter restítuens pópulos Crea-

tóri, quos a divíno<sup>34</sup> cultu revocáverat creatúre. Cinctus ergo fide, et devotíone pópuli quam in constructíone basílice et reverénti frequentatíone cernébat ádmodum roborátus, totis exhortatíonis nísibus, et signórum prodigiis satagébat : quátenus quos arripiébat mundo, dignos fáceret celo. Tantas enim per illum Dóminus dignabátur exércere virtútes : ut rebél- lium corda gentílium non minus miráculis, quam predicatíone obtí- neret. Miróque modo inérmi viro, non valébat plebs armáta resistere : sed subdébat se illi pótius certátim

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

Gallicánus cotúrnus, atque Germánica cervicósitas, jugúmque Christi suáve impóni sibi acta córdia contritíone poscébat. Ab ipsis quoque destrue-

bántur ydóla quorum sumptu fúerant et stúdio fabricáta : et invénto salútis portu ydolorum gaudébant naufrágio. Tu autem.

AS:561; 1520-S:136v; 1531-S:151r.<sup>35</sup>

3. Resp.

IV.

6190.

**E**a-tíssimus \* Di- oný-si- us Chris-ti mar-  
 tyr tra-dén-te be- á- to Clemén- te e-ro-gán-da gén-  
 ti- bus sémi-na di-ví- na sus- cé- pit. †Et quo ampli-  
 us genti-li- tá-tis erró- rem férve-re cognó-  
 vit. ‡Il-luc intré-pi-dus et ca-ló-re fi-  
 de- i armá- tus ac- cés- sit. ¶ Et Pa-rí-si-

6190a.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

us Dómi-no du-cénte pervé- nit : non vé-ri-tus in-  
cré-du-le gentis expé-te-re fe-ri- tá- tem. †Et quo.  
¶ Gló-ri- a Pa-tri. 94\*. ¶ Ill-luc.


¶ *In ij. nocturno.*

AS:561; 1520-S:137r; 1531-S:151r.<sup>36</sup>

4. Ant. VIII.i. 2560.

Cclé-si- am \* il-lis que necdum in lo-cis e-rat,  
et pó-pu-lus il-le no-vam constrúx-it, ac offí-ci- a  
servi- énti- um cle-ri-có-rum ex mo-re constí-tu- it : pro-  
táisque persó-nas honó-re se-cúndi órdi-nis ampli- á-vit.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



*Ps. Dómine quis. (xiiij.) [23].*

AS:562; 1520-S:137r; 1531-S:151r.


5. Ant.

I.i.




1805.

Inctus ergo fi-de, \* et mi-se-ri-córdi- am ante



po- nens paulá- tim so-ci- á-bat De-o : quos di- á-bo-lo



subtra-hé-bat. *Ps. Conserva me. (xv.) [25].*

AS:562; 1520-S:137v; 1531-S:151r.

6. Ant.

VII.i.



3767.

I-róque mo- do \* i-nérmi vi-ro non va-lé- bat



plebs armá-ta re-síste-re. *Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].*

*V. Exultent justi in conspéctu Dei.*

8070.

*R. Et delecténtur [in letícia].<sup>37</sup>*

*Lectio iiiij.*

**A**udiens de beáto Dionýsio immaníssime crudelitatis<sup>38</sup> bélua

Domiciánus, in tantam rábiem indignatiónis exársit, ut ubicúnque

per se, vel per suos satélites Christiánum quémpiam reperísset : aut cógeret diis sacrificáre incéstis, aut divérsis penis addíctum, gládio tráderet puniéndum. Dirígitur proín-de preféctus Fescénninus Sisínnius cum ingénti strépitu ad partes occidentálium régiónum, ut sanctum senem nominatissimúmque doctrína virum, et virtútum insígnibus pre-

cípum Dionýsium, ubicúnque reperíre posset perquírens : ait ydólis thurificáre compélleret, aut torméntis [151v.] lacerátum imménsis, inter cétera étiam secúndum leges Románas, utpóte eum qui contra senátus ac reipúlicas promulgatiónes, contráque impérium égerat, nudum públice virgis cesum secúri percúteret. Tu autem.


AS:562; 1520-S:137v; 1531-S:151v.<sup>39</sup>

4. Resp.  
VII.

7753.  Antas \* per il-lum Dó- mi- nus digna-bá-  
 tur ex-érce- re vir- tú- tes. † Ut re-bél-li- um  
 corda non mi-nus mi-rá- cu- lis quam pre-di-  
 ca- ti- ó-ni- bus ob- ti- né- ret. // In  
 quo lux ce- léstis grá-ti- e : in-effa-bí-li- ter ra-

7753a. 

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



di- á- bat. † Ut re-bél-li- um.

*Lectio v.*

**T**aque predíctus Fescénninus Sisínnius suíque commanipuláres pro beáti Dionýsii inquisitióne Galliarum pénétrant fines. Quibus adhuc procul pósitis : sancti viri célebre nomen innótuit. Unde ámplius effe ráti : cursu velocióri tuméntibus áni mis vúltibus trucidíssimis<sup>40</sup> Parísius adiérunt. Ubi beátm Dionýsium contra incrédulos dimicántem et predicatione contínua pópuli multi-

túdinem ad fidem invenérunt exhortántem. Cum quo étiam beátum virum Eusticum archipresbýterum, et Eleuthérium archidyáconum predicationis et divíni obséquii comminístros : persecutórum dirus furor invénit. Hi sancti viri a beáti Dionýsii nunquam sustinuérunt abésse presentia : quos abínvicem crudélis insectatió per martýrii certámina separáre non preváluit.

AS:562; 1520-S:137v; 1531-S:151v.<sup>41</sup>

5. Resp.

V.

**Q**um sa-crumb \* mysté- ri- um sanctus Di- o-  
ní-sy- us ce-le- brá- ret in cárce- re appá-ru- it  
e- i Dómi- nus Je-sus Chris- tus cum mul-ti-tú-

6559.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

di-ne ange-ló- rum. †Dansque il- li sanc-ta dix-it,

Ac-ci-pe hoc ca- re me- us quod mox complébo

6559a. ti- bi u- na cum Pa- tre me- o. *V. Me-cum*

e-nim est máx-imá merces tu- a : et hiis qui audí- e-

rint te sa-lus in regno me- o. †Dansque.

*Lectio vj.*

**D**Enique imperiáli jussióne super captúra sancti pontíficis Dionýsii divulgáta : ab innumerábili pene catérrva demoniacórum virórum cùrritur et sanctus Dómini cápitur, conspúitur, colaphizátur, deridétur, illúditur, loris duríssimis crudelíssime ligátur, tráhitur, et una cum sancto Rústico et Eleuthério, prefécti pré-sentie sístitur. Quem cum nímia se-veritáte preféctus allóquitur dicens, Tu ne es ille nephándíssimus senex, qui dicérис Dionýsium Iónicus : et

agnomináris Machárius, qui étiam déorum nostrórum cultúram evácuas, et invictíssimi príncipis statúta contémnis ? Cui beatíssimus Dionýsius ait, Senex quidem sum córpore, sed fervóre fidei atque salutári confessióne Dómini et Salvatóris mei Jesu Christi, máneo semper novus : et novos illi filios per ministórium predicationis mee, et fontem sacri baptismátis gígnere non cesso. Preféctus dixit ad beátum Dionýsium, Dic ergo cujus núminis te profitéris

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

esse cultórem, et cujus conditónis es ? Tunc hii tres beatíssimi viri Dionýsius, Rústicus, et Eleuthérius, dono Spiritussáncti inspiráti et zelo fidei inflammáti, ita sono unius vocis eisdémque verbis, cum non nisi unus interrogarétur, reddídere respónsum : ac si unius hóminis ore sermo procéderet. In hoc ínquiunt manífestum est nos esse veríssimos Christiános, cum corde credámus, ore

confiteámur, et ópere pio colámus Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum, unum Deum et Dóminum : ita ut in Trinitáte perfécta et plenitúdo sit divinitátis, et úntas potestátis. Preféctus dixit, Non michi visum est de his quicquam vobíscum ágere. Sed si magni príncipis jussis obedíre et deos venerári neglítitis : non verbórum sed vérberum conflictiónē viríliter decertábo. Tu.

AS:563; 1520-S:138r; 1531-S:151v.<sup>42</sup>

6. Resp.

VII.



E-cum est \* e-nim máx-ima mer-ces tu- a

7138.

et his qui audí-ve- rent te sa-lus in reg- no


me- o. †Nunc fá-ci- es fórti-ter. †Et e- rit no-

7138a.


men tu- um in lau- de. ⁊ Di-léc- ti-

o et be-nígni-tas quam ha-bes semper : pro qui-bus

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



cúmque pe-tí- e-ris impe- trá- bit. †Nunc.



X. Gló- ri- a Pa-tri. 95\*. †Et.

¶ In iij. nocturno.

AS:563; 1520-S:183v; 1531-S:151v.<sup>43</sup>


7. Ant.

VIII.i.

5107.



Antas per il-lum \* Dó-mi-nus digna-bántur ex-ér-  
ce-re virtú-tes, ut re-bél-li- um cor-da nómi- nus mi-  
rá-cu-lis quam pre-di-ca-ti- ó-ni-bus obti-né-ret.



Ps. Exultáte justi. (xxxij.) [165].

AS:563; 1520-S:138v; 1531-S:151v.

8. Ant.

VIII.i.

2468.



Um sa-crumb \* mysté-ri- um be- á-tus Di- o-ný-

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

si- us ce-lebrá-ret in cárce-re, appá-ru- it e- i cum  
 mul-ti-tú-di-ne ange-ló-rum Dómi-nus Je-sus Christus.

*Ps. Benedícam. (xxxij.) [166].*

AS:563; 1520-S:138v; 1531-S:151v.

9. Ant.

VIII.i.

2097.

**A**nsque il-li \* sancta dix-it, Ac-ci-pe hoc ca-re me-  
 us quod mox complébo ti-bi u-na cum Pa-tre me-o.

*Ps. Deus venérunt. (lxxvij.) [254].*

X. Justórum ánime [in manu Dei sunt].<sup>44</sup> 426.

*Lectio vij.*

**S**ancti Dómini tortóribus trádi-  
 sed loca penália ducti sunt, et in  
 conspéctu Rústici et Eleuthérii, ut  
 tormentórum ipsíus terróre ab  
 intentióne sua resipíscerent, precíosus

campidúctor eórum et fortíssimus  
 athléta Dómini Dionýsius expoliátur :  
 et toto córpore<sup>45</sup> nudus a ternis  
 mítitum terniónibus vicíssim flagel-  
 látur nec víncitur. Qui inter crépitus


[152r.] vérberum Dei glóriam collaudáre, et commilitónes suos ut ad hec se invíctos preparárent commonére : omnésque fidéles ut hinc in Domínica fide corroboréntur non désinit predicáre. Flagellántur étiam Rústicus et Eleuthérius satis acérrime, et imménso cathenárum póndere simul sancti Dómini onerántur : et in ergástulum tenebrosíssimi cárceris retrudúntur. Indéque ad prefécti auditiónem re-

dúcti, in catástis exténsi et flagelláti : Dómino grátias referébant. Beatís-simus et acceptábilis Christi hóstia Dionýsius, in óculis suórum super lectum férreum suppósitis flammis nudus exténsus est : et cantábat dicens, Dómine Jesu Christe, qui dedísti michi periculosórem ignem in cupiditáibus víncere : fac ad nóminis tui glóriam et hanc adustiónem me superáre. Tu autem.

AS :564; 1520-S:138v; 1531-S:152r.<sup>46</sup>

7. Resp.  
VIII.

6033.  D-est namque \* be- á-ti Di- ony-si- i sacra-  
tíssima di- es, in qua tri- úm-phans a-gó- nem  
ex- plé- vit. †Et co- ró-nam victó- ri- e ac-  
cí-pe-re mé-ru- it de ma-nu Dómi- ni.  
6033a.  Quem Dómi-nus post a-póstolo-s sic hono-rá-vit



Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

ut omnem Gál-li- am e-jus a-posto-lá-tu insigní- ret,  
qui que e- am su-o sán-gui-ne consecrá- vit.  
†Et co- ró-nam.

*Lectio viij.*

**C**umque ambústo toto córpore levátus fuísset : ad béstias ferocíssimas in rábiem multo jejúnio excitátas est proiectus. Contra quas fáciens signum crucis, invocáto nómíne Dómini : in mansuetúdinem eas convértit. Preparántur ei quoque ingéntia clibáni incéndia, et in ea vir Dómini vexíllo sanctas crucis armátus projícitur : sed flamme in refrigérium commutántur. Redúcti sunt dilúculo obligáti justi in vínculis : et custódie cárceris íterum mancipáti. Cum post multas ad pópulum exhortáções qui eum sequéndo cácerem irrúperat, beátus Dionýsius sacrum mystérium celebráret in cárcere : hora qua frangebátur panis sanctus, in quo ipse et pópulus communicáre débébat, resplénduit hujúsmodi lux de celo


super eum et omnes qui áderant qualem nemo eórum ántea víderat. In qua véniens appáruit ei Dóminus Jesus Christus étiam cunctis vidéntibus quibus est datum vidére : cum multitúdine angelórum. Et accípiens panem sanctum dedit illi dicens, Accipe hoc care meus quod mox complébo tibi una cum Patre meo : quóniam mecum est máxima merces tua, et his qui audíerint te salus in regno meo. Nunc fácies fórtiter : et memória tua erit in laude. Diléctio et benígnitas quam habes semper : pro quibuscúnque petíris impetrábit. His quoque explétis : assunt carnífices qui Christi fámulos de squalóre cárceris educéntes : prefécti obtútibus presentavérunt. Tu autem.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

AS:564; 1520-S:134v; 1531-S:152r.<sup>47</sup>

8. Resp. I.

7897. **V**ir íncliy-tus \* Di- oný- si- us martyr Dómi-  
 ni pre-ci- ó- sus succénsus igne di-ví-ni a-mó- ris  
 constán- ter sus- tí-nu- it supplí- ci- a passi-  
 ó- nis. †Et per imma-ni-tá-tem tormentó- rum per-  
 vé- nit ad so- ci- e- tá- tem ange-ló-  
 rum. **V**. Cu-jus intercéssi- o no-bis obtí-ne- at vé-  
 ni- am : que per tormén-ta passi- ó-nis e-térrnam mé-ru- it



pal-mam et sempi-tér-na co-ró-nam. †Et per.

*Lectio nona.*

**C**umque Christi mártires, Dionýsius, Rústicus, et Eleuthérius, in agónia<sup>48</sup> pari confessióne fidei et virtútis constántia roboráti, post nímia torménta gloriósum martýrium complére elegíssent : júdicis abstrácti conspéctibus, et íterum velut ab início virgis pùblice nudi cesi, et suis véstibus reindúti, e regióne ydóli Mercúrii ad locum constitútum edúcti, ad decollationem sunt génuá fléctere jussi. Tunc beátus antistes Dómini Dionýsius manus expándens, et óculos ad celum érigens : ait, Deus Deus meus qui creásti me : tibi grátias ago pro cunctis que fecísti et ostendísti michi, atque dignátus es operári per me. Nunc jam Dómine per corónam martýrii cum frátribus meis servis tuis : súscipe me. Tuos tue misericórdie comméndo : quos tibi nostro ministério et tuo sanguine acquisísti. Cunctos étiam qui te per nos petérint ut pollícitus es cle-


ménter exáudi : quóniam tuum est regnum et potéstan, cum Patre et Sancto Spíritu in sécula seculórum. Cumque cuncti fidéles qui áderant respondíssent Amen, pósitis génibus et proténsis cervícibus, uno eodémque moménto, ebetátis secúndum prín-cipis precéptum secúribus decolláti sunt : atque in hac fidei constántia permanéntes, reddéntes terre córpora, béatas celo ánimas intulérunt. Quorum cum a corpóribus abscíssa cápita videréntur : eórum étiam tunc lingue Dóminum fatebántur. Ad declaránda quoque precíosi mártiris [152v.] Dionýsi mérita, sanctum se cadáver ejus eréxit, et caput próprium líctoris secúri truncátum, péndulis cepit bráchiis vectitáre : atque ab illo montis cacúmine, duóbus fere miliáribus angélicis comitántibus turmis, gressúsque virtúte Christi regénte, portávit. Tu autem.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

AS:564; 1520-S:139r; 1531-S:152v.<sup>49</sup>

9. Resp. I.

6202.  E-á-tus \* Di- ony- si- us Rústi- cus et  
 E- leuthé-ri- us in hac er-go fí- de- i con-  
 stánti- a perma-nén- tes. †Reddén- tes terre cór-  
 po- ra. ‡Be- á- tas á-ni- mas ce- lo cum gáu-di-  
 6202b. o in-tu- lé- runt. // Be- a-tó-rum á-nime sanctó-  
 rum Di- ony-si- i Rústi-ci et E-leuthé-ri- i, re- líc-tis  
 gle-bis se-cú-ti sunt salva- tó- rem. †Reddén- tes.  
 // Gló-ri- a Pa-tri. 93\*. ‡Be- á- tas.



[*Ante laudes.*]

*V.* Justi autem imperpétum vivent.

8112.

[*R.* Et apud Dóminum est merces eórum.]<sup>50</sup>

¶ *In laudibus.*<sup>51</sup>

AS:565; 1520-S:139v; 1531-S:152v.<sup>52</sup>

1. Ant.

I.i.



I sancti \* vi- ri a be- á-ti Di- o- ný-si- i

3042.

nunquam susti-nu- é- runt a-bés-se pre-sénti- a :

quos in u-num interro-gá-ti- o percussó-ris invé-nit.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:565; 1520-S:139v; 1531-S:152v.<sup>53</sup>

2. Ant.

VI.




N hac ergo fí-de- i \* constánti- a perma-néntes,

3238.

reddéntes terre córpo-ra, be- á-tas ce-lo á- ni-mas

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



in- tu- lé- runt. Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].

AS:565; 1520-S:139v; 1531-S:152v.<sup>54</sup>


5097. 3. Ant.  
I.i.




A-li namque ad Dómi-num \* me-ru- é-runt pro-fes-



si- ó-ne mi-grá- re : ut ampu-tá-tis ca-pí-ti-bus adhuc



pu-ta-ré- tur lingua pál-pi-tans Dómi-no confi- té-ri.




Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].

AS:565; 1520-S:140r; 1531-S:152v.<sup>55</sup>

1571. 4. Ant.  
VIII.i.



E-á-ta ními- um \* et De-o nostro gra- ta so-cí-



e-tas, inter quos nec primus alter pó-tu- it esse nec térti-

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.



us : sed Tri-ni-tá-tem confi-tén-tes, tri-no me-ru-é-runt  
 de-co-rá- ri marty-ri-o. *Ps. Benedícite. (Daniel iij.)* [48].

AS:566; 1520-S:140r; 1531-S:152v.<sup>56</sup>

5. Ant.

IV.i.


2701.



T fac-ta est \* comes mul-ti- tú-do ce-lés- tis ex-

érci-tus ex-á-nimi córpo-ris be- á- ti Di- oný-si- i

ca-put própri- um depor-tántis, laudans De- um et di-cens



Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne. *Ps. Laudáte. (cxlvij.-cl.)* [49].

*Capitulum. Justórum ánime. [in communi.]*<sup>57</sup> [790].

*Hymnus. Rex glorióse mártymurum.* [771].

*XV. Mirábilis Deus [in sanctis suis].*<sup>58</sup>

8141.


*[R. Et gloriósus in majestáte sua].*<sup>59</sup>

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

AS:566; 1520-S:140r; 1531-S:152v.<sup>60</sup>

1264.

Ant. I.i.



D-est namque \* be- á-ti Di- ony-si- i sacra-



tíssima di- es in qua tri- úmphans a-gónem explé- vit :  
et co-ró-nam victó-ri- e accí-pe-re mé- ru- it de ma-nu  
Dómi-ni. Ps. Benedíctus. 52\*.

*Oratio.* Deus qui hodiérna. {1471}.

¶ *Ad primam.*

*Ant.* Hi sancti viri. *j. de laudibus.* {1491}.

*Ps.* Deus in nómine. (*lijj.*) [95].

¶ *Ad iij.*

*Ant.* In hac [ergo].<sup>61</sup> *ij. de laudibus.* {1491}.

*Ps.* Legem pone. (*cxxvij. 33.*) [132].

*Capitula, responsoria et V. de communi plurimorum martyrum dicuntur ad omnes horas.* [780].

¶ *Ad sextam.*

*Ant.* Tali namque. *iij. de laudibus.* {1492}.

{1494}

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

---

Ps. Defécit. (*cxvij. 81.*) [141].

¶ *Ad nonam.*

Ant. Et facta est. *v. de laudibus.* {1493}.

Ps. Mirábilia. (*cxvij. 129.*) [150].

¶ *Ad ij. vespertas.*

Ant. Hi sancti viri. {1491}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justórum ámine. [*in communi.*]<sup>62</sup> [790].

*Hymnus.* Rex glorióse. [772].

¶. Mirábilis. [192].

AS:566; 1520-S:140v; 1531-S:152v.<sup>63</sup>

Ant. I.v.

3999.

be- á- te \* Dí- o-ný-si magna est fi-des tu- a, in-

tercé-de pro no-bis ad Dómi-num De- um nostrum, ut qui

qua-li-tá- te ti-bi su-mus dis-sími- les : su- a grá- ti- a

largi- énte fá-ci- at es-se consórtes. *Ps. Magníficat. 53\**.

*Oratio* [Deus qui hodierna,]<sup>64</sup> *ut supra.* {1471}.

Sancti Dionysii sociorumque ejus martyrum.

---

*Memoria fiat de sancto Gereone sociisque ejus martyribus, cum hac oratione.*

*Oratio.*

**P**Resta quésumus omnípotens Deus, ut sicut sanctórum mártirum tuórum Gereónis, Victóris, Cássii, Floréntii, sociorúmque eórum nos natalítia celebránda non desérunt : ita júgiter suffrágii<sup>65</sup> comiténtur. Per [Dóminum].<sup>66</sup>

Sancti Gereonis sociorumque ejus martyrum.

---

¶ *Sancti Gereonis sociorumque ejus  
martyrum.*

(x. Octob.)

*Invitatorium duplex. Tres lectiones fiant. Cetera omnia fiant de communi pluri-  
morum martyrum [723]. cum oratione [Presta quésumus.]<sup>67</sup> precedente. {1496}.*

## ¶ *Sancti Nigasii<sup>68</sup> sociorumque ejus martyrum.*

(xj. Octob.)

*Tres Lectiones fiant. Invitatorium duplex cum hac oratione.*

**D**eus qui sanctam nobis hujus diéi letítiam<sup>69</sup> in honore sanctórum mártirum tuórum Nigásii, Quiríni, et Scuvículi consecrásti :

adéstō famílie tue précibus et dona, ut quorum festa celebrámus, eórum mérito et auxílio sublevémur. Per [Dóminum].<sup>70</sup>

*Lectio j.*

**S**icutus Nigásius<sup>71</sup> epíscopus, et presbyter Quirínus, Scuviculúsque dyáconus, qui a sancto Cleménte Petri apóstoli successóre cum beáto Dionýsio in Gállias ad predicándum dirécti fúerant : cum audíssent Rothomagénsium metrópolim, demónum spurcítiiis ydolorúmque superstítionibus sordidíssimam, roboráti exémplo sanctíssimi Dionýsii, ad eam quantócius veníre atque ab ydolórum cultúra ad fidem Christi revocáre, voto commúni decrevérunt. Tunc Domiciánus insánia corréptus, quendam suum preféctum nómine Sisínnium ad deléndum Christianitátis nomen : cum magno

apparátu in Gállias diréxit. Qui omnes Galliarum perágrans partes, Parísius pervénit : ibique sanctum Dionýsium, Rústicum, et Eleuthérium, divérsis et nímiis torméntis pro fide nóminis Christi trucidávit.<sup>72</sup> Publicáta vero senténtia proditíonis Christianórum : cóperit étiam sanctum Nigásium epíscopum cum Quiríno presbýtero ac Scuvículo dyácono ab eo loco discessísse, et in partes Rothomagénsium iter arripuisse. Quos velócius ipse prósequens : invénit eos in quodam foro quod dicitur Scannis, verbum Dei pólulis predícantes. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>73</sup>

*Lectio ij.*

**T**unc Sisínnius malígnō inflátus spíritu : his verbis allóquitur sanctos Dei, Estis ne vos seductóres

pérfidi qui cum sene illo nequíssimo quem Parísius extínxi, ad everténdum pólulum venístis ? Cui sanctus

[153r.] Nigásius, Consuetúdinis inquit vestre est : ut semper advérsus Christi famúlos falsa comménta argumentétis, quia ex patre diábolo estis, cùjus desidéria vultis fáceré. Nam quia nos dícitis seductóres, non sumus seductóres : sed reductóres hóminum ad cognitionem Creatóris sui. Neque ut tu impróperas evértimus pópulum : sed convértimus eum ad viam veritatis et pacis. Sisínnius dixit, Quia ergo convértitis pópulum : convértite et vosmetípsos ad cultúram deórum nóstrórum. Quod si noluéritis, in conspéctu eórum quos decepístis : male subácti períbitis de terra. Cui sancti

mártires quasi ex uno ore respondéntes dixérunt, Ne putas hóminum stultíssime nos minis tuis terréri. Quod enim mináris : diu est quod optámus. Quod implére cupis : ex multo témpore desiderámus. Nos enim pro Christi nómine moriéntes : ad vitam perpétuam felíciter transíbimus. Tu autem nisi resipíscas : cum patre tuo diábolo in inférní barátro morte puniéndus es. Et ídeo quod peritúros dicis nos, falsum est : quia occisi placébimus Dómino in regióne vivórum, tu vero cum antiquo hóminum hoste damnátus ignem patiérис etérnum.

*Lectio iij.*

**T**unc Sisínnius ira succénsus : precépit amputári cápita eórum. Cumque decolláti fuíssent, jussit eórum córpora ávibus et impróbis cánibus ferísque devoránda derelínqui : sed omnípotens Deus jussit ea ab ángelis intácta custodíri. Recedéntibus vero satellítibus, ac succédente témpore noctúrni siléntii, erécti sunt mártires ángelis comítibus : apprehensisque propriórum córporum capitibus, properántes pervenérunt ad flúvium cui vocábulum est Itta.<sup>74</sup> Transmeatóque vado ante hanc horam homínibus incógnito, et idcirco deínceps ob sanctórum me-

móriam vadum Nigásii nuncupáto : requievérunt in ínsula ejúsdem flúminis ameníssima. Quedam autem matróna nómine Piéntia, sanctórum móntis ad fidem Christi convérsa, assúmptis sanctíssimis viris claris áctibus et nomínibus ex ipsórum collégio presbýteris, suscépit córpora sanctórum, et sepelívit ea honorífice in eódem loco : dans ipsum locum sui prédii cum omni sua facultáte ad sanctórum memóriam. In quo loco tam ab ipsis quam a céteris fidélibus devótis, edificáta est ecclésia : in honóre sanctórum Nigásii epíscopi, Quiríni presbýteri, et Scuvículi

Sancti Nigasii sociorumque ejus martyrum.

---

dyáconi. In qua florent beneficia  
eórum usque in preséntem diem, ad  
laudem Dómini nostri Jesu Christi :

qui vivit et regnat cum Deo Patre in  
unitáte Spíritus Sancti Deus, per  
ómnia sécula seculórum amen.

*Cetera omnia de communi plurimorum martyrum. [739].*

# ¶ *Translatio sancti Edwardi regis et confessoris.*<sup>75</sup>

(xij. Octob.)

*Festum inferius duplex.*

*Ad j. vespertas.*

*Ant.* Amávit eum. *in communi.* [846].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justum dedúxit. *in communi.* [852].

[*R.* Miles Christi. *in communi.*]<sup>76</sup> [817].

*Hymnus.* Iste conféssor. *in communi.* [792].

*X.* Amávit eum. [800].

*Ant.* Similábo eum. [*in communi.*]<sup>77</sup> [847].

*Ps.* Magníficat. 53\*.

*Oratio.*

**D** Eus qui beátum regem Edwárdum confessórem tuum eternitatis glória coronásti : fac nos

quésumus ita eum venerári in terris,  
ut cum eo regnáre pójissimus in celis.  
Per [Dóminum].<sup>78</sup>

*Tunc eat processio ad altare ejusdem si habeatur : cantando responsorium Sancte N. Christi conféssor. vj. in communi.* [811].

*X.* Ora pro nobis beáte Edwárde.

[*R.* Ut digni efficiámur.]<sup>79</sup> [530].

*Oratio.*

**D** Eus qui unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum gloriosíssimo rege<sup>80</sup> Edwárdo in forma visíbili demon- strásti : tríbue quésumus, ut ejus

méritis et précibus, ad etérnam ipsíus Dómini nostri Jesu Christi visiónem pertíngere mereámur. Qui tecum vivit.

*In redeundo de sancta Maria.*

¶ *Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis. [397].*

¶ *Ad matutinas et ad alias horas omnia fiant sicut in festo unius confessoris et abbatis [839]. : exceptis capitulis.*

*Novem lectiones fiant sine expositione Evangelii.<sup>81</sup>*

*Lectio j.*

**J**Reciósus athléta Dómini et rex insígnis<sup>82</sup> Edwárdus : ex antíquis Anglórum régibus generósa carnis origine pródiit oriúndus. Cujus pater Etheldréodus éxitit : Emma<sup>83</sup> Richárdi ducis Normannórum filia,<sup>84</sup> mater fuit. Ex utróque látere sanguinis nobilitáte fulsít ingénuus : cujus avus ceno-

biórum fundátor Edgárus, primo in régibus Anglórum monárchiam solus obtínuit. Editus ergo puer egrégius Edwárdus, máxima paréntum enútritur diligéntia : et in etáte ténera Sancti Spíritus<sup>85</sup> informátur disciplína. Tu autem Dómine [miserére nostri].<sup>86</sup> [153v.]

*Lectio ij.*

**V**Erum ingruénte grandinósa Danórum tempestáte, ad avos suos in Néustriam gloriósus puer tradúcitur : ne tam immáni procélla seviéntium flúctuum cítius absorberétur. Tandem Dei nutu eádem rábie barbárica cessánte, mittúntur post illum duces regni et pontífices

religiósi, festivóque<sup>87</sup> ómnium tri-púdio addúcitur : et in regno Anglórum christus Dómini conse-crátur. Sicque concórdat volúntas Dómini juraménto pópuli, ut<sup>88</sup> quod diu ante optábant<sup>89</sup> impléndum : implétum célitus gratulántur sacraméntum.

*Lectio iij.*

**I**N die glorióse festivitatís, quam in advéntum Spíritus Sancti de supérnis serenávit ignis : rex insígnis Edwárdus apud Westmonastérium in ecclésia beáti Petri apostolórum príncipis agébat in sceptris. Circa<sup>90</sup>

horam vero eádem qua salutáris víctima agni paschális a pópulo percípit, rex gloriósus prorúpit<sup>91</sup> in risum : ita ut qui astárent miraréntur per circúitum. Post perácta solénnia a suis inquíritur : que in risu

significátio teneáatur. Rex inquit Dácie<sup>92</sup> cui Sueíno júnior<sup>93</sup> erat vocábulum, infinítā classe paráverat<sup>94</sup> Anglie fines invádere : et suo principátui subjugáre. Cunque de scapha<sup>95</sup> ad navem in quam ingrédi debébat pedem exténderet, justo Dei judício elápsus córruit : et demérsus

in mari miserabíliter expirávit.<sup>96</sup> Hoc plácuit Altíssimo, ut michi revelétur e celo, et in hujúsmodi gáudio tripudiávit mea inténtio : et quod nephánto príncipi versum est in pernícier, Anglórum exercítui collátum, est ad salútem. Tu autem.

*Lectio iiii.*

**F**rat aliquando prefátus princeps in ecclésia Westmonastérii, ad sancte et indivídue Trinitátis altáre : et cum eo devótus Dei servus comes Leófricus. Rex itaque preclárus astans ante mensam Christi in oratióibus, in illa hora qua Patri sacérdos immolábat Fílium : vidi astare super mensam Dóminum eúndem Jesum Christum. Qui déxtera regem benedícens exténsa suam

utrísque maniféstat spéciem, speciosúsque visíbilem exhibet majestátem. Cumque comes soli sibi visiónem hanc osténsam exístimans loco se móveret ut dómino suo tanta gáudia communicáret : respíciens eum rex, prémonet ut stet quemádmodum stabat. Sta inquit sta : sústine et expécta. En quem vides vídeo : et quem visibíliter cernis, visíbilem adóro. Tu autem.

*Lectio quinta.*

**D**uo viri ex Anglis oratiónis causa Hierosólymam profécti : óbviam habuérint láctei seniórem candóris reverendíque ádmodum vultus. Qui cum ab eis didicísset cujus essent regiónis ícole, quisve eórum rex esset : sic eos allóqui exórsus est, Rogo vos fratres ad regem vestrum revertímini : eíque quod per vos

mandavéro annunciáte. Ego sum Johánnes apóstolus et evangelista, qui sanctum regem Edwárdum propter castitátem dílico : quia eum próximum Deo cognósco. Vice legatiónis mee ad ipsum fungi vos póstulo : quem hujúsmodi salutári convénit intersígnó.<sup>97</sup> Tu autem.

*Lectio vj.*

**C**um ad celebritatem ecclésie cujusdam dedicatiōnis assisteret, ut sub nōminis mei título Creatōri Deo consecrāri debuisset, in peregrīni spēcie eídem regi appárui : et pro sancti Johánnis amóre beneficium elemósine supplicávi. Qui ad vocem meam pietatis motus viscéribus, regum quem gestábat ánulum de dígito extráxit : michi quoque muní-

fica largitiōne consignávit. Quem ob amórem et devotiómem hóminis Dei, usque hódie conservávi, eíque munus remítto cum glória : infra tempus módicum dona redditūrus gratiōra.<sup>98</sup> Nam infra preséntis anni dimidium, immortali mecum vestiétur syndóne : qui gloriósa carnis prefúlget integritatē.

*Lectio viij.*

**R**evérsi itaque ad pátriam próspero itínere legati apostólici, regem ádeunt, introductique in cubículum, salutatiōnem ex parte apóstoli premittunt : ánulum pór-rigunt : et quecúnque sibi injúncta fúerant per órdinem expónunt. Ad audítam nunciórum legatiōnem rex sanctus tripúdiat : et corde et ánimo

veheménter exultat. Grárias inquit Deo et sancto ejus apóstolo, quod me nequáquam reliquérunt ingloriūm : quem ad regnum<sup>99</sup> glórie invitavérunt [154r.] gloriósum. Exultans et gaudens ad eúndem véniam, qui vos de tam longínqua peregrinatiōne redúxit ad pátriam : et me ad palmam vocáre dignátus est etérnam. Tu autem.

*Lectio viiij.*

**R**ex ergo gloriósus diem sue vocatiōnis expectábat devótus, seque ita preparáre satagébat ad éxitum : ut vallári preséntia sanc-tórum mererétur angelórum. Anno Domínice incarnatiōnis millésimo

sexagésimo quinto, in ipsa nocte qua Virgo puérpera sine dolore Regem seculórum intácta progénuit : advérsa córporis valitúdine<sup>100</sup> rex gloriósus afflígitur : et jocunditas diéi plaga recénti in palátio prepéditur.

*Lectio nona.*

**P**ost dedicatiōnem itaque basílice beáti Petri, sanctórum videlicet die innocéntium celebrátam, áccitis

rex sacri altáris sacerdótibus et ministris, et salutáribus Domíni corporis ac sanguinis sumptis hu-

míliter sacraméntis, in vere fidei confessióne, et unius Dei sincéra professióne,<sup>101</sup> inter sanctórum manus angelórum, innocéntie et puritatis spíritum efflávit invíctum, et nonis Januárii diem témporis clausit extrénum, et secus altáre beáti Petri

apóstoli suis dignam exéquiis méruit sepultúram. Ad tumbam ejus divérsa fiunt a Christo ipso intercedénte mirácula : et odóris ejus suáitas et fragrántia membra reddit inválida celésti medicámíne solidáta.

¶ *Ad laudes, capitulum.* Justus cor [suum].<sup>102</sup> *in communi.* [846].

¶ *Ad iij. capitulum.* Justum dedúxit. *in communi.* [852].

¶ *Ad vj. capitulum.* Custodívít eum. *in communi.* [853].

¶ *Ad ix. capitulum.* Sapiéntia [vincit].<sup>103</sup> *in communi.* [921].

### ¶ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Justum dedúxit. *Minor.* [*in communi.*]<sup>104</sup> [850].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justus cor suum. [846].

*R.* Sancte N. Christi conféssor. [811].

*Hymnus.* Jesu Redémptor. [*in communi.*]<sup>105</sup> [822].

*V.* Justus germinábit. [829].

*Ant.* Iste est. [*in communi.*]<sup>106</sup> [833].

*Ps.* Magníficat. 69\*.

[*Oratio.* Deus qui beátum.]<sup>107</sup> {1501}.

*Memoria fiat privatim de sancto Kalixto papa*<sup>108</sup> *et martyre cum hac oratione.*

*Oratio.*

¶ *Eus qui nos cóncipis ex nostra infirmitáte defícere : ad amórem tuum*<sup>109</sup> *misericórditer per beáti*

Kalíxti mártýris tui atque pontíficis exémpla restáura. Per Dóminum nostrum Jesum.

## ¶ Sancti Calixti<sup>110</sup> pape et martyris.

(xiv. Octob.)

Tres lectiones fiant : et invitatorium duplex.

### Lectio i.<sup>111</sup>

**P**Empóribus Macríni et Alexándri facta est inquisitio in urbe Roma de Christianis, ut cogeréntur ad immolandum ydolis. Tunc Palmácius consul cum multitúdine mílitum venit trans Týberim, ubi collécta erat multitúdo Christianórum cum beáto Calíxto papa : inter quos erat beátus Calepódius<sup>112</sup> presbyter senex. Et dum ingréssei fuíssent cenáculum

decem mílites, súbito ceci facti sunt : et clamábant dicentes, Accéndite nobis lúmina : quia obscurátus est ante nos locus iste. Dixit autem Calepódius<sup>113</sup> presbyter, Deus qui videt ómnia : ipse cecávit óculos vestros. Tunc palpántes descendérunt de cenáculo cecáti. Hec cum vidísset Palmácius, timóre pertérritus fúgiens : nunciávit ómnia Alexandro. Tu autem.

### Lectio secunda.

**P**Ost hec Palmácius solus cucúrrit ad beátum Kalíxtum trans Týberim : et cécidit ad pedes ejus dicens, Cognóvi Christum verum Dóminum Deum esse. Per ipsum te conjúro, ut líberes me a cultúra demónum et lápidum : et baptízes me sicut prédicas. Dicit ei sanctus Calíxtus epíscopus, Noli errándo derídere veritátem. Respóndit Palmácius cum láchrymis, dicens, Dómine meus, non derídeo : sed in veritáte cognóvi,

quia Dóminus Deus Christus est. Respóndit Calepódius<sup>114</sup> presbyter : et dixit ad Calíxtum epíscopum, Bea-tíssime pater : peténti baptísmum noli negáre. Eódem tempore beátus Calíxtus indíxit ei jejúnium : et post hec baptizávit eum et omnem domum ejus promíscui sexus, número quadragínta duos. Ab eádem die cepit Palmácius omnem facultátem suam paupéribus Christiánis erogáre.

### Lectio iii.

**C**O témpore ténuit Alexánder beátum Calepódius<sup>115</sup> presbý-

terum, quem fecit gládio occídi : et corpus ejus in Týberim jactári. Quem

beatus Calíxtus de flúmine levávit : et cum aromátibus et lintheamínibus eum recóndidit. Post hec Alexánder misit : et beátum Kalíxtum tenuit epíscopum. Qui cum multis diébus in custódia macerátus fuísset, véniens ad eum beátus Calepódius<sup>116</sup> noctu : per [154v.] visum confortávit eum dicens, Firmus esto pater, quia coróna tua jam perfécta est : ut accípias mercédem tuam. Erat autem in ipsa custódia quidam miles nómine Privátus, qui erat ulcéribus plenus : et dolóribus die noctúque cruciabátur. Hic misit se ad pedes beáti Kalíxti epíscopi : dicens ei, Ego credo quia me salvet Dóminus Jesus Christus in baptísmo ; per

manum tuam. Et cum baptizáasset eum beatus Kalíxtus : ab ómnibus vulnéribus et morbo quo tenebáatur mundátus est. Hoc áudiens Alexánder, iracúndia plenus, misit et fecit mílitem Privátum plumbátis deficere : Kalíxtum vero epíscopum per fenéstram domus precipitári, et ligáto ad collum ejus saxo in púteum demérgi, et in eo per rúdera tumulári. Cujus corpus presbíter Astérius cum cléricis suis de púteo elevávit, et sepelívit : prestánte Dómino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sécula seculórum amen. Tu.

¶ *Cetera omnia de communi unius martyris et pontificis dicuntur [729]. cum predicta oratione. {1505}.*

Sancti Vulfranni episcopi et confessoris.

---

## ¶ *Sancti Vulfranni episcopi et confessoris.*

(*xv. Octobris.*)

*Novem lectiones fiant : omnia fiant de communi unius confessoris et pontificis [791].  
cum oratione de communi, scilicet Da quésumus omnípotens Deus. [801].*

## ¶ *Sancti Michaelis in Monte Tumba.*

(*xvj. Octobris.*)

### *Ad primas vespertas.*

*Super psalmos antiphona Excélsi Regis. quere in alio festo.<sup>117</sup> {1422}.*

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Significávit. ut in alio festo. {1422}.*

*R. Archángeli Michaélis. {1442}.*

*Hymnus, versus, et antiphona<sup>118</sup> super psalmum Magníficat. cum hac oratione Deus qui miro órdine. ut supra in alio festo dicuntur. {1423}.*

*Memoria fiat de sancto Vulfranno cum oratione ut supra [de communi].<sup>119</sup> [801].*

### *Ad matutinas.*

*Invitatorium triplex, novem lectiones fiant : tota cantetur hystoria sicut in alio festo preter nonum responsorium quod erit Archángeli Michaélis. {1442}.*

#### *Lectio j.*



**P**ostquam gens Francórum Christi grátia insignítá, longe latéque úndique per provincias superbórum colla perdomuísset, Childebérto piíssimo príncipe monárchiam totius occídui et septentriónis, necnon et meridiéi partes strénue gubernánte : quia omnípotens Deus non solum in ómnibus géntibus, verumétiam in ómnibus mundi pártibus quem ipse fecit, per subjectórum spirítuum ágmina principátur, beátus Míchael archángelus unus ex septem in

conspéctu Dómini semper assis-téntium, qui étiam et paradísi prepósitus salvandórum ánimas in pacis régione collocatúrus légitur, post eam manifestatióne qua se in monte Gargáno adorándum ac glorificándum quómodo et quáliter vóluit sicut in scriptis habétur osténdit, his ut comprehénsum est per beátum archángelum patrátis, illuminátis Christi grátia cunctis géntibus in orientálibus Románie pártibus, áccipe<sup>120</sup> quibus sese indíciis manifestáre idem beatíssimus princeps cívium supernórum volúerit présulem occidentálium populórum, ut qui

quondam benedicto in patriarchis  
pópulo Israelítico defensiónis attri-  
búerat opem : ipse custos existeret ac

prévius vocatis filiis per adoptiónem.  
Tu autem Dómine [miserére  
nostrí].<sup>121</sup>

*Lectio ij.*

**D**amque légitur in visióne  
Daniélis prophéte : dicénte  
eídem ángelo, Nemo est adjútor meus  
in ómnibus his : nisi Míchael  
archángelus princeps vester. Princeps  
inquit vester : pópuli videlicet  
Judeórum. Christo vero Dómino in  
própria veniente, atque a suis non  
recépto, quin pótius pródito : ipso ad  
Patrem remeánte, dum abolerétur  
observátio prisce legis, constabílitr  
annuuciatiónis evangélice admirábile  
sacraméntum, dum exeúnte per  
omnem terram sono apostólorum,  
cerimónie transferúntur sacrórum per  
ministéria angelórum. Aiunt étenim  
hystórie ecclesiástice quod post  
passiónem et ascensióinem Dómini ad  
celos, post diu expectátam Israeli-  
tárum penitúdinem, cum appro-  
pinquáret tempus desolatiónis quod

Salvátor sacro ventúrum prenunci-  
áverat elóquio cum fletu humanitátis :  
ecclésia apud Hierosólymam móni  
divinitátis per orbem cunctum  
géntibus evangelizatúra diffúnditur.  
Cumque congregátus úndique ex  
ómnibus locis pópulus paschális  
festivitatís prestolarétur diem : sacer- [155r.]  
dótibus sólitas excúbias observántibus  
voces súbitas vígiles áudiunt, dicéntes,  
Migrémus ex his sédibus. Voces vero  
súbite per ángelos emíssæ, que  
enunciavérunt beatórum spirítuum  
demigratióñem : angélicum minis-  
térium insinuavérunt ad ecclésiam  
géntium deferéndum. Ex quibus  
paténter insinuátur, quod beátus  
Míchael archángelus ministérium  
quod exercúerat in Dei quondam  
pópulo : idem sórtitus sit apud  
géntium electiōnem. Tu autem.

*Lectio iij.*

**H**ec ítaque esse devótio credit  
fidélium : propter ostensióñem  
signórum. Notum enim se fieri vóluit  
mortálibus etatis nostre tempóribus :  
quo se humánum genus in electórum  
spirítuum societáte cognósceret

denotátum. Dénique adverténdum  
est quo ministério locum mortálibus  
prevíderit in pártibus occíduis : ubi ex  
omni orbe cónfluit veneránter an-  
gélicum deprecatúra subsídium, reli-  
giósa multitúdo fidélium. Hic ígitur

locus : tumba vocitátur ab íncolis. Qui in morem túmuli quasi ab arénis emérgens : in altum spácio ducen-tórum cubitórum porrígitur. Oce-áno<sup>122</sup> úndique cinctus locus, an-gústum admirábilis ínsule prebet spácium, inter hóstia situs, ubi immérgunt se vária<sup>123</sup> flúmina, Ségia vidélicet, necnon et Sénnua : prebens quoque habitántibus hincínde non breve nímium spácium, longítudine vero ac latítudine a radíce qua próminet non multum distat (ut conjícitur) ab eo ópere quo salvátum, immo servátum est humáni géneris increméntum. Qui ab Abrincaténsi<sup>124</sup> urbe sex distans miliáribus occasum

prospéctans : Abrincaténsem<sup>125</sup> pa-gum dírimit a Británnia. Nulla ibi exérceri valet áctio mundiális. His solis cóngruuus extat locus, qui Christum sédulo venerári dispónunt : et hos súscipit quos ad éthera ardens virtútum amor évehit. Cópia tanta<sup>126</sup> píscium íbidem repéritur : que plerúmque flúminum marísque infusióne congéritur. Procul vero cernéntibus, nil fore áliud quam spaciósa quedam immo speciósas turris vidétur. Sed et mare recéssu suo devótis pólulis bis in die desiderátum iter prebet : beáti peténtibus límina archángeli Michaélis. Tu autem.

*Lectio iiiij.*

**Q**Ui primum locus, sicut a verácibus cognoscere potúimus narratóribus, opacíssima claudebátur silva, longe ab occeáni ut estimátur estu miliáribus distans sex : aptíssima prebens latíbula ferárum. Et quia secretiória celi per contemplatiónis subtilitátem rimári voléntibus, grátiissima esse solent remotiória héremi loca, ínibi olim inhabitásse compérimus monáchos, ubi étiam usque nunc due extant ecclésie, priscórum manu constrúcte. Nam ipsi monáchi íbidem Dómino serviéntes, dispensatióne cuncta regéntis Dei susten-

tabántur : et presbýtero quodam de villa que díicitur nunc Asteriácus táliter eis ferénte auxílium. Nam ut illis sine quo humána non potest exígi vita déerat victus fumo signífero discurrente, altáque celi peténte, onerábat aséllum dápibus, dilectione vera fárcitis : sicque duce prévio perlóca ibat ívia, ac rédibat ferens dómini jussa illísque necessária. Sed quia hic locus nutu Dei futúro parabátur miráculo, sancti que sui archángeli veneratióni : mare quod longe distábat paulátim assúrgens omnem silve illius magnitúdinem

virtute complanavit sua, et in aréne sue formam cuncta rédegit, prebens iter populo terre, ut enárrent mirabilia Dei. Jam vero ad illud

veniéndum est : quáliter idem beatórum princeps spirítuum angélica revelatióne dedicáverit predíctum locum. Tu autem Dómine.

*Lectio quinta.*

[155v.] **Q**Uodam témpore cum religiosissimus et Deo amabilis prefáte urbis ántistes Aubértus nómine, sopóri sese dedísset : admónitus est angélica revelatióne, ut in jam dicti summitáte loci, sancti constrúeret in honóre archángeli sedem, ut cujus celebrátur veneránda commemoratió in Gargáni monte, non minóri tripúdio celebraréatur in pelágō. At sacérdos dum revólvit illud Apóstoli, Probáte spíritus si ex Deo sunt : iteráta admónitus est visióne ut perficeret quod jubebátur. Et quia spíritus prophetárum non semper est prophétis subjéctus, dístulit adhuc presul constructiónem, sed adhíbuit intercessiónem : quátenus super istiúsmodi negócium Dómini nostri Jesu Christi, simúlque beatíssimi archángeli agnoscere váleret delibera-tiónem. Cóngit per idem tempus, ut thaurum cujúsdam quem furtim

quidam instínctu pravitatis subtráxerat, in ejúsdem depóneret saxi cacúmen : ut dum is qui amíserat juvénçum reperiéndi amítteret spem, turpe latrúnculus lucrum efficeret ex eódem. Intérea tértia admonitióne venerándus epíscopus pulsátur austérius : ut qui non adquiéverat bis admónitus locum adíret celérius, a quo tamen sciret nullátenus egrediéndum priúsqam perficeret quod fúerat jussus. Ad cujus fidei confirmatióne, monstrátur étiam íbidem usque in presens petra quasi dígito hóminis inscrípta, super quam memorátus epíscopus résedit : quoadúsque opus ad finem addúxit. Percontánti ígitur epíscopo, quis edificatióni cóngruuus posset vidéri locus : angélica in hunc modum est responsiόne dictátum, ut loco eo edificaréetur edes, quo ínerat thaurus abscónsite religátus.

*Lectio sexta.*

**C**umque de loci requíreret amplítudine vel quantitaté : eisdem cognovit respónsis edificatióni

eum débere statuere modum quem vidéret juvénçum pédibus in circúitu pertrivísse. Post hec quoque jussum

est : ut suo préréptus dómino restituerétur thaurus. Venerabilis vero epíscopus de visióne certíssimus, cum hymnis et láudibus predíctum locum ingréssus : exércere imperátum opus aggréssus est. Congregatáque rusticórum máxima multitúdine locum purgávit : atque in spácium complanávit. In cujus médio due prominébant rupes : quas operántium multórum non pótérant movére manus, nec a suo divéllere statu. Qui cum diu hérerent, nec omníno quid fácerent invenírent : nocte insecura vísio appáruit cuídam hómini nómine Baýno in villa que dícitur Icús, qui duódecim filiis ampliátus magnum inter suos tenébat dignitátis locum. Hic ergo per visum móritus, ut cum laborántibus et ipse labóri insísteret : féstinus ad locum cum filiis venit, impletúrus quod fúerat jussus. Qui

cum pervenísset, fretus auxílio sancti Michaélis archángeli, quod humána non pótérat virtus : mirum in modum tam fácile molem tante magnitúdinis remóvit, ut nullum pondus iníbi esse viderétur. At omnes in commúne collaudántes Deum, sanctúmque arc-hángelum Michaélem : cepto attén-tius insistébant óperi. Cunque jam dictus epíscopus de magnitúdine construénde fábrice adhuc dúbios cogitáret : nocte média sicúti quondam Gedeóni in signum victórie, ros jácuit super vérticem montis. Ubi autem fundaménta locánda erant : siccitas fuit. Dictúmque est epíscopo, Vade, et sicut signátum vidéris fundaménta jace. Qui statim omni-poténti Deo grátias agens, sanctíque implórans archángeli Michaélis auxílium : exúrgens letus opus aggréssus est. Tu autem.

*Lectio vii.*

**C**Xtrúxit ítaque supradíctus epíscopus fábricam non cùlmíne subtilitatis celsam, sed in modum cripte rotúndam centum ut estimátur hóminum capácem : illíus in monte Gargáni volens exequáre formam in monte prerúpti sílicis : angélico apparátu factam terrígenis, ad laudem et glóriam Dei habitatióñem, maniféste docens semper in celéstibus

divíni múnéri opem esse poscéndam, altáque contemplatiónis intúitu penetráre étheris astra, non terrénis limosíisque palúdibus rotántia hóminum pónere corda. Quod cum non post multum tempus esset opem ferénte Deo edificátum : viro Dei Aubérto epíscopo manénte ánxiø, proínde quia cernébat sibi deéssse sancti archángeli pignóra : beátus

eúndem sacerdótem Míchael admónuit, uti fratres celérrime usque ad locum, quo memória venerabíliter cólitur sanctíssimi archángeli dirígeret

in Gargáno, et eam quam ángelo patrocinánte referrent benedictiónem cum summa accíperet gratulatióne.

*Lectio viii.*

**I**ntérea missi núncii ádeunt locum. Qui benigníssime ab abbáte loci illús suscépti : vestibúsque mutátis, ad tanti fatigatiónen itineris subleváti, cuncta que sue contígerant regióni simúlque ad quod vénérant pandunt. Que verba cum ipsiós loci abbas suo retulísset antistiti : ubér-rimas omnipoténti Deo laudes utér-  
[156r.] que rétulit, qui pro lapsis natúre fragilitáte terrígenis, assisténtium sibi ministrórum dignátur prébere suf-frágium. Hinc cum qua decébat veneratione sumptis a loco pignó-ribus,<sup>127</sup> quo beátus archángelus sui memoriá fidélibus commendáverat : partem scílicet rúbei pallíoli quod ipse memorátus archángelus in monte Gargáno supra altáre quod ipse manu sua constrúxerat pósuit, et partem scílicet mármoris supra quod stetit,

cujus íbidem usque nunc in eódem loco superéxtant vestígia, jam dictis frátribus usque ad sacrum locum referénda patrocínia contradídit, conditióne interpósita, vidélicet ut quos una angélice revelatiónis soci-áverat causa, una quoque eternáliter nécteret charitatis connéxio.<sup>128</sup> Sum-mi intérea núncii repedántes, post multa itineris spácia ad locum quo digréssi fúerant, ipso die quo fábrica compléta est in monte jam dicto in occíduis pártibus, quasi novum ingréssi sunt orbem : quem primum véprium densitáte relíquerant plenum. Quo dum appropínquant, incun-tánter sacérdos Dómini Aubértus occúrrens : cum multis láudibus, cum cánticis spirituálibus in sacrum montem angélica mortálibus devéhit profutúra presídia.

*Lectio ix.*

**I**ci vero non potest quanto in advéntu ut ita dicam angélico, circumjacéntes províncie gavíse sunt gáudio : quippe qui<sup>129</sup> sibi divínitus previdébant supérnum tríbui donum,

in hoc quod beátum Michaélem archángelum celéstis milítie prín-cipem, merebántur obtínere signí-ferum, cognoscéntes étiam signa et mirabília que Dóminus per minístrum

suum operátur mortálibus : ita ut per hujus itineris spácia duódecim [ceci]<sup>130</sup> illumináti, plurésque divérsis infirmítatibus acti, prístine rédditi sunt sanitáti. Et quod his addéndum est múlier quedam orbáta lumínibus de villa que dicitur Asteríacus, dum proséquitur preciosíssima múnera summi archángeli : mox ut áttigit planíciem arenámque maris divínitus factam, recépit visum,<sup>131</sup> admirans se súbito de ténebris in lucem mutátam. Sed et usque hódie per summum minístrum suum hec eádem Dóminus ad laudem et glóriam quotidie nóminalis sui : in eódem loco operári non désinit. Igitur eódem die quod est septimodécimo kaléndas Novémbris, veneránta compléta templi dedicatióne, vir Dómini Aubértus postquam sagáciter ómnia sub órdine dispósuit, officia quoque serviéntium clericórum constítuit, députans hos iníbi sub número consístere duódecim, qui legítimis observatióibus perpetuáliter in beatíssimi Michaélis archángeli persisterent famulátu : quamvis non ejúsdem númeri in eódem loco a successóribus beáti viri

sint clérici constitúti. Simul étiam de prédiis suis eídem loco serviéntibus villas contrádidit : videlicet jam dictam villam Icium et Genícum. Intérea idem presul cuncta prévidens cóngruo patráta órdine, hoc unum quod póterat valde vidéri diffícile a sancto cénsuit expeténdum archán-gelo, aque scilicet eleméntum : sine quo constáre nequit vita mortálium. Super hec ergo Dómini Jesu Christi simúlque sancti archángeli dum épétit cum grege sibi commíssio auxílium, ut qui quóndam prodúixerat sitiénti pópulo de petra póculum, ipse a servis suis amóvere dignaréetur aque penúriam : tandem angélica dispensatióne<sup>132</sup> locum dídicit, ubi in prerúpto sílice dum concávum forámen excíditur, mirum in modum aquárum mox habundántia repéritur, que possit habitántibus competéntem prébere usum. Eádem vero aqua prófluens quod sit haustu salúbris : multis est osténum modis. Célerem namque febricitántibus fert opem : quótiens desidérium prevénerit suméndi. Tu autem.

¶ *Ad laudes, omnes antiphone dicantur.*

¶ *Ad j.*

*Ant.* Dum preliaréetur. {1443}.

*Ps.* Deus in nōmine. (*lij.*) [95].

*Ant.* Te jure. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

*R.* Jesu Christe. *cum* Allelúya. [105]. [*V.* Qui sedes.]<sup>133</sup>

*Ad* [omnes]<sup>134</sup> alias horas omnia fiant sicut in alio festo preter *R.* quod non dicetur in secundis vesperis. {1448}.

[  *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* Dum preliaréatur. {1443}.

*Psalmi feriales.*

*Cap.* Significávit. {1445}.

<*Non dicitur responsorium.*>

*Hymnus.* Tibi Christe. {1423}.

*Versiculi.* Laudáte Dóminum omnes ángeli. {1451}.

*Ant.* Míchael Gábriel. {1454}.

*Ps.* Magníficat. 69\*.

*Oratio.* Deus qui miro. {1452}.]<sup>135</sup>

# ¶ Translatio sancte Etheldrede virginis non martyris.

(xvij. Octobris.)

Novem lectiones<sup>136</sup> fiant cum hac oratione.

**D**eus qui es sponsus vírginum,  
refrigérium continéntium, et  
salus ómnium te diligéntium :  
concéde propícius, ut qui beáte

vírginis tue Etheldréde translatiónis  
diem venerámur, ejus patrocíniis tue  
majestátis cleméntiam consequá-  
mur.<sup>137</sup> Per Dóminum.

<sup>138</sup> *Lectio prima.*

[156v.]

 Um supérne remuneratiónis  
prémio beatíssima virgo  
Etheldréda in celéstibus  
coronáta triumpháret, et gloriósa  
choruscáret in mundo miráculis :  
omnipoténtia Dei ineffábilis bónitas,  
hanc evidentióribus dignáta est  
declarare indíciis. Ut cujus píetas

cunctis in natióibus apparúerat  
mirábilis : mirabílior in nove grátie  
appáreret increméntis. Succésserat  
enim sibi Sexbúrga in prelatónis  
offício : que mox officínas revísere, et  
honéste vite eas ad cùmulum sanc-  
timónie studébat informáre.

*Lectio ij.*

**I**nfúdit ergo Spíritus Christi in  
beátam Sexbúrgam unctiónem  
suam : docuítque admirábilem fémi-  
nam viríliter ágere, et sacratíssimum  
glorióse vírginis corpus de loco quo  
sepulta fúerat solénniter subleváre.  
Nam prima ejus tumulátio minus  
celébris habebátur : extra látera  
ecclésie. Quos vexábat cúpitíssimá  
pássio,

et oculórum calígo : sine dúbio sani-  
táti reddébat. Ad eam fidéliter acce-  
déntes : recedébant incólumes. Fé-  
ribus fatigáti et veheménter afflícti  
ad tumbam vírginis leni sopóre  
interrúpti ad própria cum sospitáte  
redíbant : divérsis aliórum incom-  
módis subveniébat, quorum vota et  
láchrymas fidei púritas comitabátur.

*Lectio iij.*

**T**alis ítaque innumerabílium ac  
tanta matéria gaudiórum, beá-

tam Sexbúrgam in víriles ánimos  
eréxit ut de véteri eam extralíeret

lóculo : et novo recónditam collocáret in sepúlchro. Exclámata abbatíssa quod mente concéperat, et propterea astantes gratulántur ex voto : tempúsque instítuit quo tantum revísere possent thesáurum. Quóniam autem

in tota ínsula sepúlchrum ex lápide aptum non erat, mittit beáta Sexbúrga per fidéles legátos extérius quérere : quod intérius tota Ely ínsula se nóverat pro certo nullátenus habére. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>139</sup>

*Lectio iiij.*

**P**arent itaque fidéles ministri dominántis império : nec contra providéntiam reluctántur. Sulcant navígio incógnitas amnes, injúncut sibi officium accelerántes ad civitátem quandam devenérunt : quam Grandecéstriam nóminant. Sed in dirúta ménia dum ambulárent sollíciti,

repériunt sepúlchrum mire pulchritúdinis : párii mármoris similitúdinem preferéntis. Opérculum ejúsdem óperis, ejusdémque iníbi imminére candóris. Sciunt se a Deo exaudítos qui diréxit iter eórum : injúncut perficiens negócium, juxta bone voluntátis afféctum.

*Lectio v.*

**A**d ínsulam revérsi núnctii exónerant ónere grato cárinas, marmoreúmque optátum nec diu quésumum aspéctibus réferunt presidéntis. Dénique éxiit edictum córporis transferéndi : et póplus die festo accúrrit. Erígitur itaque tentórium super vírginis túmulum : virginálem Christus declarávit triúmphum. Ag-

gere devícto fossa defóditur : et theca de púlvore elevátur. Tum ecce gloriósá illa caro, quasi ex resurrectióne tota íterum redivíva floruíset, spéciem represéntat suáviter in lecto quiescéntis, in nullo obnóxia humáne corruptiónis. Tota pulchra et tota formósa, tota incorrúpta, tota intégra repérta est. Tu autem.

*Lectio sexta.*

**B**éata ígitur Etheldréda in camíno Babilónis nullum adústa persénsit incéndium : nullum in virgíneo córpore integratíatis perpéssa est detriméntum. Et cum per séxdecim annórum currícula in terréno púlvore

delituísset obtécta, mira Dei virtus in omnipoténtia cláruit, quod ejus lintheámina nec rúbigo, nec tínea, nec putrédo consúmpsit. Cunque omnes qui áderant tam reverénti spectáculo inhiárent, et ídeo per ora fidélium

laus et glória resonárent : áffuit ille  
médicus qui eam incíderat, et ubi  
vulnus se inveníre crédidit pro plaga

quam incíderat, tenuíssime cicatrícis  
vestígia invénit.

*Lectio viij. de expositione Evangelii, ut in communi prenotatum est [919]. : et viij.  
lectio de proprietate sancte Etheldrede.*

*Lectio octava.*

**C**Arnem suam beáta Etheldréda  
servávit immúnem a libídine :  
immúnis ígitur post mortem repérta  
est a corruptióne. Vulnus quoque  
quod putrúerat in maxílla : incor-  
rúptum et intégrum sepultúra ré-  
didiit. Quis audívit tália, aut quis vidit  
símile ? Ceterórum vero defunctó-  
[157r.] rum, caro sepultúra dissólvitur : hujus

vero ut vivéntis tumóre dissolúto post  
sepultúram repéritur. Gloriósa virgo  
Etheldréda dum a flammis illésa, tota  
virtúte calcáret ignem séculi : tota  
succénsa est igne Spíritus Sancti.  
Concremáta est, inquam, tota  
sanctárum virtútum incéndio :  
indéque etérnam integrítatem illius  
proméruit caro.

*Lectio ix.*

**D**Ixitque beáta Sexbúrga, Con-  
sideráte tante inventiónis gló-  
riam : in beáte vírginis dote incor-  
ruptiónis exímia. Díluunt ítaque  
preciosíssime vírginis corpus : et  
nitidióribus circúndant induméntis.  
Cum magna ígitur psalléntium glória  
triumphántes, in eminentíorem lo-  
cum sacratíssimum corpus transfé-  
runt, deínde in celésti mausoléo  
recóndunt : tanquam in thálamo

régiis núptiis collocáto. Translátum  
est ítaque egrégium corpus glorio-  
síssime vírginis et régine insígnis, xvij.  
kaléndas Novémbris cum per séx-  
decim annórum spácium delituíset  
humátum. Et cum magna venerati-  
ónie in beáti Petri ecclésia basilicátur :  
ubi per vírginis mérita ad laudem et  
glóriam nóminis sui, mirabília  
frequénter operátur divína cleméntia.  
Tu.

*Cetera omnia de communi unius virginis non martyris. [916].*



## ¶ Sancti<sup>140</sup> Luce evangeliste.

(xvij. Octobris.)

*Inferius duplex festum.*

## ¶ Ad j. vespertas.

*Super psalmos antiphona Placéntes Deo. {1384}.*

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Similitúdo [vultus].<sup>141</sup> {1384}.*

*R. Quátuor animália. {1398}.*

*Hymnus. Annue Christe. [645].*

8097. *X. In omnem terram [exívit sonus eórum.*

*R. Et in omnes fines terre verba eórum].<sup>142</sup>*

*Ant. Ecce ego [Johánnes].<sup>143</sup> {1385}.*

*Ps. Magnificat. 53\*.*

*Require hec omnia [supra]<sup>144</sup> in festo sancti Mathei apostoli et evangeliste : cum hac oratione.*

### *Oratio.*

**J**ntervéniat pro nobis Dómine quésimus<sup>145</sup> sanctus tuus Lucas evangelista : qui crucis mortificati-

ónem júgiter in suo córpore pro tui nómínis honóre portávit. Per Dóminum.

*Memoria fiat de sancto Justo martyre : cum hac oratione.*

**D**eus qui beáto Justo talem fortitudinem tribuísti, ut in

puérili corpúsculo gloriósum pro amóre tuo subíret martýrium :

concéde propícius, ut ipsíus interce-  
déntibus méritis, ab ómnibus nos

solvas<sup>146</sup> peccátis. Per Dóminum.

*Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis. [397].*

## ¶ Ad matutinas.

*Novem lectiones fiant et tota cantetur hystoria sicut in festo sancti Mathei apostoli et evangeliste cum hymno de communi unius apostoli.*

### Lectio prima.

 Loriosíssimus evangelista  
Jesu Christi Dómini Lu-  
cas<sup>147</sup> natióne Syrus Anthi-  
óchie erúditus, arte médicus : discí-  
pulus autem fuit apostolórum.  
Quorum almíficos actus prout vidit :  
lúcido disertóque sermóne prosecútus  
est. Quem plerique tradunt prosé-  
litum fuísse et Hebréas lítteras  
ignorásse : sed in Grecis erúditum  
fuísse. Dénique Paulum secútus  
egrégium doctórem géntium usque ad

triúmphum passiónis ejus, quem cum  
apóstolo Petro Rome excépit : indi-  
víduus comes peregrinatiónis ac tribu-  
latiónis ejus ubíque exístens per-  
mánsit. Cujus precípue peregrinati-  
ónis et sacra doctríne gesta cum gestis  
aliórum annéctens apostolórum : lib-  
rum unum ad laudem nóminis  
Christi,<sup>148</sup> et memóriam ipsórum, et  
universális sancte ecclésie stabili-  
méntum contéxit.

### Lectio ij.

 Um eúndem gloriosíssimum  
Paulum idem venerábilis seque-  
réatur Lucas in plúrimis terre marísque  
tribulatióribus : digne ab illo hujús-  
modi testimónio diligéntie mérit  
laudári. Sic enim Corínthiis de eo  
scribens ait, Salútat vos Lucas  
médicus charíssimus meus : qui est in  
Dómino fidélis. Et Timothéo illústri  
viro scribens ait, Lucas est mecum

solus. Et in álio epístole sue loco ait  
de illo, inter réliqua salutatiónis verba,  
ecclésie Dei que est Corínthi,  
Mísimus étiam et fratrem nostrum,  
cujus laus est in evangélio per omnes  
ecclésias : non solum autem a nobis,  
sed et ordinátus ab ecclésiis comes  
peregrinatiónis nostre. Vere ut ita  
dicam ómnium ore est laudábilis hic  
Dómini evangelista : qui mérit a

tanto apóstolo et doctóre géntium predicári. Laudémus ergo cum<sup>149</sup> illo páriter et nos charíssimi, et cónsono corde et ore extollámus : et verum a Deo médicum missum animárum predicémus eum. Cujus ómnia doctrínas verba nichil áliud resonáre

vidéntur : nisi ánime languéntis medicinam. Propterea non immérito iste tale sórtitus est nomen. Lucas quidem Eólīce : in nostra autem lingua interpretátur consúrgens sive [157v.] ipse elevans. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>150</sup>

*Lectio iiij.*

**R**ECTE ítaque consúrgens sive ipse elevans dícitur : qui terrénis despéctis curis, sese ad celéstia consurgéndo elevans, toto mentis conámine liber expeditúsque, est Dóminum secútus. Unde et predicáre preséntibus in ergástulo adhuc carnis reténtus, et scribere sequéntibus Evangélium ómnibus mérit, multósque étiam verbo sue predicationis ad Jesu Christi Dómini fidem perdúxit. Hic evangelísta cum jam descripta essent Evangélia, per Mathéum quidem in Judéa, per Marcum autem in Itália, instigánte Spíritu Sancto magis ex audítu quam visu, in Acháie Bytiniéque pártibus, hystórice suum

compósuit Evangélium Attico sermóne : sicut ab his tráditum hábuit, qui ab início vidérunt, et ministri fuérunt sermónis Dei. Hujus ítaque strenuissimi Lucas persónam : in vítuli spécie figurándam arbitrántur. Vítulus enim sacerdotális est víctima, que in Redemptóris nostri immolatióne compléta est, qui pro salúte totius mundi in patíbulo crucis suspénsus, semetípsum Deo Patri hóstiam vivam exhibuit. De hoc evangelísta pulchre Sedúlius in paschális descriptióne cárminis ait, Jura sacerdótii Lucas tenet ore juvénci.<sup>151</sup> Tu [autem Dómine miserére nostri].<sup>152</sup>

*Lectio iiiij.*

**S**Iicut ex uno fonte paradísi quátuor procédere flúmina legúntur : sic ex uno vite fonte Dómino nostro Jesu Christo, quátuor emanáre Evangélia fidéliter eredúntur. Ex quo sanctus Lucas evangelísta

velut Eufrátes procédens : sépius corda nostra irrigáre et madefácere non cessat. Et quia Eufrátus fértilis seu úbertas nuncupátur, ita iste magne fertilitatis atque ubertatis Evangélii sui dogmáta sancte ecclésie

toto terrárum orbe diffúse promulgávit, augens verbo doctríne sue fidei increméntum, et rádios sue claritatis velut jubar ab éthere véniens diffúdit : multórum ceca hóminum péctora illúminans, et quotídie illumináre non

désinit, cum ejus boni núcii verba in ecclésia legúntur. Evangélium Grece, Latíne bonum núcium dícitur : quia annúnciat regnum post servítium, réquiem post labórem, vitam post mortem. Tu autem.

*Lectio quinta.*

**R**ECTE hoc ipsum Evangélium et librum Actuum apostolórum hic noster Lucas scripsit ad Theóphilum : id est ad Dei diléctum.<sup>153</sup> Ergo et te nosse convénit quisquis es o homo : quia si Deum díligis, ad te scriptum est Evangélium. Et si ad te scriptum est : súscipe preciosíssimum ómnibus margarítis munus evangélise, et pignus amíci in penetrálibus ánimi diligénter obsérva. O quale munus, et quale pignus. Si consideres, si atténdas, si in mente pertráctes, si bene et pérvigil obsérves : ad semper mansúra celi gáudia te

felícem perdúcet, ac sociábit sanctórum choris angelórum incessabíliter exultatúrum. Iste examússim dícitur Greco erúditus elóquio, cui extra ea que evangélice dispositiónis ordo expóscit, máximi labóris necéssitas fuit : ut primum Grecis fidélibus omni prophetatióne pronunciáret ventúram in carne Dei Christi humanitátem, ne vel Judáicis fábulis inténti, in solo legis desidério teneréntur, vel ne heréticis fábulis et stultis sollicitatióibus sedúcti laberéntur. Tu autem.

*Lectio sexta.*

**D**EÍnde postquam celéstis agrícola sémina Evangélii sui innumerabílum hóminum méntibus ínserens, et vómere insignis lingue eórum corda persúlcans, ad Creatóris sui fidem convértit : duplicátis taléntis Dómini sui ad celi palácia perénniter regnatúrus, ardénti ánimi desidério properávit. Nam martyrium suo cór-

pori assíduis lamentatióibus et crebris agens vigíliis, ac jejúniis membra sua mácerans : ipse sibi indíxit. Hic beatíssimus Lucas ab ipso puerície sue tempore, castus omnímodo persevérans : neque uxórem neque líberos prohibétur habuisse. Evangélice predicationis opus exércens, et séviens Dómino sine crímine, óbiit septua-

gésimo quarto vite sue anno, plenus Spíritu Sancto quintodécimo kaléndas Novémbris : et a cathólicis viris venerábile corpus ejus in Bytínia<sup>154</sup> est humátum. Quod plúrimis annórum currículis evolútis, Constantínó Augústo regnánte : Constantinópolim cum glória et honóre translátum et decénter est locátum. Ubi per mérita gloriosíssimi evangelíste sui Dóminus

[158r.] noster Jesus Christus plúrima vir-

tútum operátur mirácula, ad laudem nóminis sui : ut vidéntes signa que fiunt, étiam post óbitum per evan- gelístam suum et per memóriam doctríne et vite ejus, ad fidem ac dilectionem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi fidéles ignéscant et infidéles accendántur, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat per ómnia sécula seculórum amen. Tu.

¶ *Evangelium secundum Lucam x. [1-7.] [Lectio vij.]*

**I**N illo témpore : Designávit Dóminus et álios septuagínta duos discípulos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum quo erat ipso ventúrus. Et reliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. (xvij.)<sup>155</sup>*

**D**ominus et Salvátor noster fratres charíssimi : aliquándo nos sermóníbus, aliquándo vero opéribus ádmonet. Ipsa enim facta ejus precépta sunt : quia dum áliquid tácitus facit, quid ágere debeámus innotéscit. Ecce enim binos in

predicatióñem discípulos mittit. Quia enim duo sunt precépta charitatis, amor videlicet Dei et próximi, et minus quam inter duos habéri cháritas non potest, nemo enim proprio ad semetípsum habére charitátem dícitur, sed dilectione se in áltérum tendit ut esse cháritas possit : binos ad predicándum Dóminus discípulos mittit, quátenus<sup>156</sup> hoc nobis<sup>157</sup> tácitus ínnuat, quia qui charitátem erga áltérum non habet, predicationis officium suscípere nul-látenus debet. Tu autem.

*Lectio octava.*

**B**ene autem dícitur quia misit eos binos, ante fáciem suam : in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Predicatóres enim suos Dóminus séquitur : quia predicatio

prevénit, et tunc ad mentis nostre habitáculum Dóminus venit, quando verba exhortatióñis precúrrunt, atque per hec véritas in mente suscípitur. Hinc namque eísdem predicatoribus

Esáias dicit, Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas Dei nostri. Hinc illis Psalmísta ait, Iter fácite ei qui ascéndit super occásum. Super oc- cásu namque Dóminus ascéndit, quia unde in passióne occúbuit : inde majórem suam glóriam resurgéndo manifestávit. Super occásu vidélicet ascéndit : qui mortem quam pérultil resurgéndo calcávit. Ei ergo qui as- céndit super occásu iter fácumus : cum nos ejus glóriam vestris méntibus

predicámus, ut eas et ipse post véniens per amóris sui preséntiam il- lústret. Missis autem predicatóribus : quid Dóminus dicat audiámus, Messis quidem multa : operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis : ut mittat operários in messem suam. Ad messem multam operárii pauci sunt : quod sine gravi meróre loqui non pójsumus, quia si sunt qui bona áudiant, desunt qui dicant. Tu autem.

*Lectio nona.*

**C**cce mundus sacerdótibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invénitur operátor : quia officium quidem sacerdotále accípi- mus, sed opus sacerdótii non implé- mus. Sed pensáte fratres charíssimi : pensáte quod dícitur, Rogáte Dóminum messis : ut mittat ope- rários in messem suam. Vos pro nobis pétite, ut digna in vobis operári valeámus, ne ab exhortatióne lingua tórpeat, ne postquam predicationis locum suscépimus : apud justum júdicem nostra nos tacitúrnitas addicat. Sepe pro sua nequícia : predicatórum restríngitur lingua. Sepe vero ex subjectórum culpa ágitur : ut eis qui presunt predicationis sermo subtrahátur. Ex sua namque nequítia, predicántium restríngitur lingua :

sicut Psalmísta ait, Peccatóri autem dixit Deus, Quare tu enárras justías meas ? Et rursum, ex subjectórum culpa vox predicántium prohibétur : sicut ad Ezechiélem Dóminus dicit, Linguam tuam adherére fáciam paláto tuo, et eris mutus nec quasi vir objúrgans : quia domus exásperans est. Ac si apérte dicat, Idcírco tibi predicationis sermo tóllitur : quia dum me in suis áctibus plebs exás- perat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cujus ergo vicio predicatóri sermo subtrahátur, non fácile agnoscitur : quia vero pastóris tacitúrnitas aliquando sibi, semper autem subjéctis nóceat, certíssime scitur. Sed útinam si ad predicationis virtútem non sufficimus : loci nostri officium in innocéntia vite teneámus.

¶ *Ad laudes et ad omnes alias horas omnia fiant sicut supradictum est cum oratione hujus diei.* [158v.]

*Memoria solennis fiat de sancto Justo cum oratione ut supra. [R. ut supra.]*<sup>158</sup> {1520}.

¶ *Ad ij. vespertas.*

*Super psalmos dicitur hec sola antiphona Dilécti Deo.* {1405}.

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.)* [311]. *Et ceteri psalmi de apostolis.* [676].

*Capitulum. Similitúdo.*<sup>159</sup> {1384}.

*R. Cum ambulárent.* {14403}.

*Cetera ut supra [scriptum est].*<sup>160</sup> {1520}.

## ¶ *Depositio Frideswide virginis non martyris.*

(xix. Octobris.)

*Novem lectiones fiant cum hac oratione.<sup>161</sup>*

### *Oratio.*

**D**eus qui hodiernam diem honorabilem nobis in beate virginis tue Frideswide transitu contulisti : concde propicius : ut

ipsius intercessione suffulti, transire et nos ad gaudia eterna mereamur.  
Per Dominum.

### <sup>162</sup> *Lectio prima.*

**A**nno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi regis omnium seculorum septingentesimo circiter vicesimo-septimo, cum in extera gente Anglorum que Britanniam insulam invaserat ac depopulaverat, dominatuique suo cruenta manu subjugaverat, verbum Dei effloruisse, fructumque plurimum produxisset : subregulus quidam Didanus nomine vir catholicus, et omnium morum honestate prestantissimus, civitatem

que lingua Saxonica Oxinfordia denominatur, quod nos Latine bovumvadum<sup>163</sup> dicere possumus, incolatus sui frequentatione honestabat. Hic nutu divino uxorem suis moribus congruam Safridam nomine accepit, de qua morum magis quam prediorum heredem suscepit : unicam videlicet filiam, quam fonte sancti baptismatis ablutam, Frideswidam appellare preccepit. Tu autem [Domine miserere nostri].<sup>164</sup>

### *Lectio ij.*

**T**ransacto quippe quinquennio, diligenti educatione litterarum studiis erudienda traditur, sub matrone cuiusdam admodum religiose disciplina : cui nomen Algina. Felicis quidem posteritatis quoddam quasi

felicissimum presagium, in ipso ejus discipline primordio adeo enituit : ut perspicuum foret omnibus, quoniam mentem ejus jam sibi habitaculum prelegerat Spiritus Sanctus. Quis enim non obstupesceret, quinquen-

nem virgúculam in quinquo fere  
ménibus, Psalmos Davíticos qui  
centum quinquagínta sunt didicísse :  
memoriéque commendásse. Nec hinc

sibi consodálium ascívit invídiam, sed  
fervóre quo resplendúerat charitátis  
actáta : cunctis se amábilem prébuit.

*Lectio iiij.*

**H**Umilitatis namque simul et  
mansuetúdinis tanta extunc  
prepollébat grátia, ut non régiam  
vidéres esse juvérculam, sed servílem  
in tali astáte persónam : ómnibus  
obséquium, omnibúsque compassiónis  
exhibéntem afféctum. Non erat plane  
verbi divíni audítrix obliviósa facta :  
sed factrix óperum. Quóniam que de  
scriptúris audiébat : armariólo cordis  
pie recondébat : dans óperam sédulo

créditam sibi cum usúra reportáre  
Dómino pecúniam. Proptérea diébus  
assídue et nóctibus piis lachrymárum  
rívulis, suspíriis quoque et gemítibus  
cordis mactábat hóstiam in holocáustum  
acceptábile Dómino : súplicans júgiter, ut inhabitáre mere-  
réatur in domo Dómini ómnibus  
diébus vite sue, et contemplári vultum  
ejus. Tu autem.

*Lectio iiiij.*

**P**Ec adúlta adhuc etas eam  
próprio consignábat juri : cum  
jam mater ejus de médio decéssit.  
Altero ígitur carens virgo solátio :  
patri protégénda relínquitur. Quem  
salúbribus quod pótuit impellébat  
móritis, ne pigritarétur, itúrus hinc in  
brevi quo precéssit thori sócia : ánime  
sue remédia quérere. At ille ut ásolet  
cónjugis nuper amíssse dolóre per-  
cússus, et assíduis dilectíssime filie  
précibus compúlsus, ecclésiam infra  
urbis ábitum constrúxit : in honóre  
sancte ac sempitérne Trinitátis, sem-  
pérque Vírginis Dei Genitricis Maríe

ac ómnium sanctórum dedicávit :  
filiéque commendávit poscénti. Ipsa  
vero ecclésiam ingréssa : divínis se  
studiosíssime mancipábat opéribus.  
Suam Dómino pudicítiam sédulis  
comméndans précibus, pietatis víscera  
aperiébat peténtibus : larga prebens  
manu que poscébant egéntibus.  
Mundi étiam fertur sic postposuísse  
glóriam, sic ad supérnam anheláre  
pátriam : ut jam propémódum carnis  
cernerétur deposuísse sárcinam, et  
immortalitatis túnicam induísse. Non  
enim corpus alébat escis : sed  
spíritum protráhebat. Tu autem.

*Lectio quinta.*

**S**TUPERES RÉGIAM RÉGIIS PUÉLLAM  
épulis educátam, vílium ólerum  
incónrito pulménito, modicóque pane  
[159r.] ordeáceo, famis expugnáre protérviam :  
aque vero sorbiciúncula sitis arden-  
tíssime imminéntem superáre disso-  
lutióñem. O infelíces hujus témporis  
hómínes, quorum deus venter est et  
glória, in confusióne illórum qui  
terréná sápiunt, qui religiónem hábitu  
preténdunt, móribus et vita contra-

dícunt. Vili veste intuéntium in se  
convértunt óculos : sed preciosórum  
cibórum crápula intéstina confún-  
dunt. Sed quando jejúnant : terra  
maríque quéritur, unde jejúnii, dam-  
num restituátur. Sed non est hoc  
jejúnium quod elégi dicit Dóminus.  
Stupet Anglia, mirántur univérsi :  
infírmum cernéntes sexum in etáte  
ténera robur excessísse viríle. Tu  
autem.

*Lectio sexta.*

**P**ATER VERO VIRGÚCULE hiláris  
ádmodum efféctus tripudiábat,  
quia herédem quam terrenárum  
rerum putábat prestári supérstitem :  
eam ad celéstia cernébat anhelántem.  
Et quidem ut omnem spem corrup-  
tibilis posteritátis eam plene post-  
posúisse constáret : exégit a patre  
monachárum ut mererétur hábitum  
suscípere. Prudénti proculdúbio pre-  
cávens consílio, ne forte defúncto  
patre cujúsquam cogerétur iníre  
connúbium : et virginálē usquequáque

fedáre propósitum. Tedébat pretérea  
vírginem beatíssimam corporáli deco-  
rári púrpura, que se nóverat Christi  
sanguine redémptam : dum a pérfidis  
morte turpíssima condemnaréatur.  
Anulo fidei subarráta : aurum gem-  
másque velut mercimónium con-  
témpserat vilíssimum. Hoc propósito  
filie rex Didánus inestimabiliter  
gavísus accersíri jubet próxime dio-  
césis epíscopum : filiéque charíssime  
hábitum dari monachárum imperávit.

*Lectio viij.*

**F**MULATIONE profécto beatíssime  
vírginis, duódecim ferme nobí-  
libus orte natálibus puélle, relíctis  
ómníbus secúte sunt Dóminum :  
incedéntes in ómnibus mandátis et

justificatióñibus ejus : juxta exém-  
plum Deo dilécte Frideswide. Et si ei  
equári non potuérunt méritis : con-  
sórtes ejus fieri nitebántur, partici-  
patione regni celéstis. Ex regis itaque

munificéntia, diversória religióni aptíssima secus ecclésiam construúntur : ubi dulcíflua diébus et nóctibus menti vírginum cum voce cónsona psalmórum et hymnórum moduláta resonábat suávitás. Interim rex ipse

gravíssima tactus febre décidit in lectum, atque ad extréma perdúctus, córporis Christi múnitus viático : dormívit cum pátribus suis, complens dies in senectúte bona. Tu autem.

*Lectio octava.*

**B**Éata ígitur Frideswida utriúsque genítoris destitúta soláto, ad Patrem qui in celis est ardéntius anhelábat : quibus pótuit gréssibus ad eum properábat. Protelábat enim jéjúnia, oratióibus instábat contínuis : et pretérea per diem, centiésque per noctem, flexis génibus quesívit quem diléxit ánima illíus. Sed quis in mundo preválet bonus, cui non invídeat qui singuláriter est malignus ? Omnes namque conáтур dejícere : qui primum hóminem a paradísi gáudiis pótuit propéllere. Et quia Frideswíde ánimum nullíus ánulo suggestiónis

pótuit avértere : ad dimicándum cóminus corpóreis ejus óculis, corporálem spéciem exhíbuit. Elatúsque in antíque vesánie sue presumpciónem, qua se Altíssimo fore símilem promittébat : Christum se esse ménititur. Magnáque demónum constípatus catérrva, angelórum lucis spéciem mentiéntium : his vírginem verbis aggréditur, Veni dilécta veni quia tempus est ut percípias immarcessíbilem glórie corónam, quam promeruísti, veni, et ad pedum meórum provolúta vestígia : quem diu desiderásti adóra. Tu autem.

*Lectio nona.*

**A**pparére quippe tibi ob hoc vólui, Aut me ad quem tanta aviditáte suspíras, in hac vita étiam mortáli conspíceres : et me adoráto ad perpétue vite cōmodum absque córporis incómodo prevaléres ingrèdi. Cui virgo Sancto edócta Spíritu, cujus instínctu humáni géneris hunc fuísse deprehéndit inimícum :

ita inquit, Quid misérrime quod nec habes, nec habére pre supérbia vales, áliis promítttere presúmis ? Quid tibi cum vita immortáli, qui vivens mórtuus es, et manens in intéritum vergis ? Sed ego infélix et misérrima peccátrix inténtus tui párticeps fuísem : nisi me Redemptóris mei Jesu Christi quem te esse nephán-

Depositio Frideswide virginis.

---

[159v.] díssime mentíris, misericórdia pre-  
venísset. Ipse enim spes mea a  
juventúte mea. Hec humilíssime  
vírginis verba, supérbus ille non  
sústinenſ spíritus evánuit : et áerem

ululátu horríbili fetoréque pestífero  
implévit. Hiis et innúmeris áliis :  
Christi ecclésia ejus illustrátur  
miráculis. Tu autem.

*Cetera omnia de communi unius virginis non martyris. [916].*

## I Sanctarum undecim milium<sup>165</sup> virginum.<sup>166</sup>

(xxj. Octobris.)

Invitatorium duplex, iij. lectiones fiant cum hac oratione.

**D**eus qui sanctam nobis hujus diéi solennitátem, pro beatárum virginum martyrumque tuárum gloriósá passióne fecísti : adéstō famílie

tue précibus et da ut quarum hódie festa celebrámus, eárum méritis et intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

[Ad vesperas.]

[Antiphone et psalmi feriale.

Capitulum. [Sapientia iv. 1.]

**S** quam pulchra et casta [genératio cum claritaté : immortális est enim memória illúis : quóniam et

apud Deum nota est et apud homines].<sup>167</sup>

Hymnus. Jesu coróna. [909].

XV. Adducéntur. [933].

AS:662; PEN:272r.<sup>168</sup>


4956.

Ant.  
I.ii.



cum implé-ta es-set e-du-céntes et se-cus li- tus se-déntes

Sanctorum undecim milium virginum.



e-le-gé-runt bonos in va-sa su- a : ma-los au-tem fo-ras  
 mi- sé-runt. *Ps. Magníficat. 53\**.

*Oratio. Deus qui sanctam nobis. {1532}.*

[*Ad matutinas.*]

AS:662; 1519-C:41r; 1520-S:142r; PEN:272r.<sup>169</sup>

Invit.

IV.i.



1021.

 G- num \* sponsum vír- gi- num. †Ve- ní-te a-do-



rémus Dó-mi-num Je-sum Chris- tum. *Ps. Ve-ní- te. 13\**.

*Hymnus. Jesu coróna. [909].*

*Super psalmos hec sola ant.*

AS:567; PEN:272r.


Ant.

VII.ii.



4069.

quam pulchra est \* casta gé-ne-rá-ti-o cum



cla-ri-tá-te. *Ps. Dómine Dominus noster. (vij.) [17].*

*Et omnis psalmi unius virginis dicantur. [888].*

*V. Adducéntur.]<sup>170</sup> [933].*

*Lectio prima.*

**G**uit in Británnie finibus rex quidam Deo devótus tam vita quam nómine : cui Deus prolem femíneam dedit, nómine Ursulam. Cumque de tanta nobilíssime vírginis índole longe latéque fama percrebuíset, ad aures géntilis tyránni cujúsdam permanávit : qui prépotens víribus in róbore militári

gloriabátur, et barbárica feritáte látius regnábat. Hic legátos ad patrem vírginis destinávit, multáque preciosa transmittens, sed plura promittens : minas étiam pro magnitúdine nómínis sui quasi summam manum impósuit, ut saltem terróribus quod volébat exígeret, si blandítii et munéribus minus profecísset.

AS:567; PEN:272v; 1520-S:145r.<sup>171</sup>

6151. 1. Resp. I.

U-dí- vi \* vo-cem de ce- lo ve-ni- én- tem :


ve-ní- te om-nes vírgi-nes sa- pi- en- tís- sime.

†O-le- um re-cón-di-te in va- sis ves-tris dum spon- sus

6151a.

advé-ne- rit. V. Mé-di- a nocte clamor factus est,

Sanctarum undecim milium virginum.



ecce spon-sus ve-nit. †O-le- um.

*Lectio ij.*

**I**Taque virgo pro se minus sollícita, patérne autem sollicítudini ádmodum cóndolens : hílaris ad patrem venit, blandéque árridens, Noli mi pater super hac re meróre contabéscere, sed décem priméve etátis vírgines et forma et génere electíssimas perquírite, et tam michi quam síngulis harum mille vírgines honestíssimas subscríbite. Comparátsque ad númerum nostrum triéribus úndenis, triénnii nobis ad dedi-

cationem virginitatis nostre dentur indúcie : quibus explétis, quod Dómino placúerit fiet. Concórdi ígitur duórum regum stúdio, mirífice classe perfécta, beáta mox virgo Ursula quod<sup>172</sup> desiderábat virgíneo valláta exércitu, primum Deo grátias exólvit<sup>173</sup> : deínde fidelíssimas comilitónes suas piis exhortatióibus erúdivit et corroborávit. Tu [autem Dómine miseré nostri].<sup>174</sup>

AS:568; PEN:272v.<sup>175</sup>

2. Resp.

II.




E- lí- ci-ter \* vír- gi- nes vincunt mun- dum.

sar0628.




†Que post vic-tó- ri- am vin- ci non no-



runt. **XV.** Be- á-te de pré-li- o ré-de- unt : et hos-tem víctri-

sar0628a.

## Sanctarum undecim milium virginum.



ces mo-ri- éndo de-víncunt. †Que.

### *Lectio iij.*

**A** Scénsis itaque návibus sub uniuersitate  
diéi noctisque spácio : in portum  
qui Týele dicitur, secúndo cursu  
appulérunt. Indéque subremigántes,  
ad insígnem illam Germánie metró-  
polim Colóniam tandem pervenérunt.  
Ibique accépta divínitus revelatióne,  
de toto vite sue cursu et consum-  
matiōne, subdúctis áchoris secúndo  
vento velificántes, Basiléam appli-  
cuérunt : relegatísque ibi triéribus,  
pedéstres Romam adiérunt.<sup>176</sup> Ibi  
cum per dies aliquot perlustrátis  
ubique sanctórum limínibus ánimas  
suas Deo commendárent : peráctis  
votis, itinere quo vénérant Basiléam  
revérse sunt. Ascensísque návibus per  
decúrsum Rheni defluéntes : íterum  
Colóniam ubi nunc eárum córpora in

pace requiéscunt, tandem applícuérunt. Aderat tunc ibi bárbara gens Hunnórum que peccátis hóminum exigéntibus, tam Galliárum quam Germánie et Itálie terras cédibus vastáverat : et jam urbem Colóniam arta obsidióne vallábat. Quod Dei vírgenes ignorántes : sine omni suspicíone in terram illam ingrésse sunt.<sup>177</sup> Et ecce bárbari per velociíssimos discursóres exploráta re, et virgináli constántia cógnita, súbito super eas irruérunt : et quasi lupi in ovília agnórum irruptíone facta, peremérunt inhumána crudelitáte sanctam illam multitudinem, laudántem Deum qui vivit et regnat in sécula amen. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>178</sup>

*Cetera omnia de communi plurimarum virginum.* [922].

AS:568; PEN:272v.<sup>179</sup>

Sanctorum undecim milium virginum.

li-be-ró- rum pro-pá- gi-ne. †Dum spon- so qui in  
 ce- lis est per- én- ni men- te. ‡Ac-tu et há-bi-tu ap-  
 pli-cá- ri má-lu- it. ¶ Ec-  
 ce flo-réntem mun-dum : despéctu mentis cal-ca-  
 vé- runt. †Dum spon- so.  
 [¶] [Glória. 95\*. ‡Actu.]<sup>180</sup>

sar0633a.

[¶] Média nocte clamor factus est.

R. Ecce sponsus venit exite óbviā ei.

*In laudibus.*

*Hec sola antiphona.*

AS:568; PEN:272v.

Ant.  
VI.



sar0127.

Irgi-nes sancte De- i \* o-rá-te pro no-bis, ut

Sanctorum undecim milium virginum.

scé-le-rum vé-ni- am per vos accí-pe-re me-re- ámур.

*Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. [Ec.]*

*Cap. O quam pulchra est. {1532}.*

*Hymnus. Rex glorióse. [774].*

*V. Mirábilis Deus. [192].*

AS:568; PEN:273r.

4953. Ant. I.i.

**S** Imi-le est \* regnum ce-ló-rum de-cem virgí-  
ni-bus que acci-pi- én- tes lámpa-das su- as ex-i- é-runt  
óbvi- am sponso et spouse. *Ps. Benedíctus. 52\**.

*Oratio. Deus qui sanctam. {1532}.*

*Ad j.*

*Ant. Vírgenes sancte. {1537}.*

*Ps. Deus in nómine. (lij.) [95].*

Sanctorum undecim milium virginum.

*Ad terciam.*

AS:568; PEN:273r.

Ant.  
IV.iv.



3730.

E-di- a nocte \* clamor factus est : ecce sponsus  
ve-nit ex-í-te óbvi- am e- i. Ps. Legem pone. (*cxvij. iij.*) [132].

*Cap.* O quam pulchra est. {1532}.

AS:569; PEN:273r.<sup>181</sup>

Resp.  
VI.



sar0603.

sar0603a.

Ddu-céntur re-gi. †Vír-gi-nes post e- am. // Próx-i-  
me e-jus affe-rentur ti-bi. †Vír-gi-nes. // Gló-ri- a Pa-tri  
et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Addu-céntur.

// Media nocte clamor factus est.

R. Ecce. {1537}.

Sanctorum undecim milium virginum.


*Ad vj.*

AS:569; PEN:273r.<sup>182</sup>

Ant.  
I.v.

4403. 

Ru-déntes \* vírgi-nes acce-pé-runt ó-le- um in  
va-sis su- is cum lampá-di-bus. *Ps. Defécit. (cxvij. vj.) [141].*



*Capitulum. [ij. Cor. xj. 2.]*


 Mulor enim vos Dei emulatióne  
[despóndi enim vos uni viro] vírginem castam exhibére Christo].<sup>183</sup>

AS:569; PEN:273r.<sup>184</sup>

Resp.  
VI.

sar0644. 

E-di- a nocte. †Cla-mor factus est. *V. Ecce sponsus*  
ve-nit, ex-í-te óbvi- am e- i. †Cla-mor. *V. Gló-ri- a Pa-tri*  
et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Mé-di- a.



*V. Prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampáibus.*

*R. Et exiérunt [óbviām sponso et sponse.]*

Sanctorum undecim milium virginum.

*Ad. ix.*

AS:569; PEN:273r.

Ant.  
I.v.



5251.

Unc surrex-é-runt \* omnes vírgi-nes il-le : et  
 orna-vé-runt lámpa-des su-as. *Ps. Mirabília. (cxvij. ix.) [150].*

*Capitulum. [Sapientie vij. 30.]*

**S**apiéntia vincit malítiam | finem fórtiter : et dispónit ómnia  
 [attíngit ergo a fine usque ad suáviter].<sup>185</sup>

AS:569; PEN:273r.<sup>186</sup>

Resp.  
VI.



sar0659.

Ru-déntes vírgi-nes \* acce-pé-runt ó-le-um in va-sis  
 su- is. †Cum lam-pá-di-bus. ⁊ Et ex-i- é-runt óbvi- am  
 sponso et spouse. †Cum lam-pá-di-bus. ⁊ Gló-ri- a Pa-tri  
 et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Pru-déntes.

sar0659a.

⁊ Adducéntur regi vírgines. [933].]<sup>187</sup>

Sanctorum undecim milium virginum.

---

*Si hoc festum undecim milium virginum in sabbato contigerit : totum fiat servitium de festo : et feria vj. precedente fiat commemoratio beate Marie. Si vero in dominica evenerit : fiat memoria de festo ad vesperas et ad matutinas, et ad missam : et medie lectiones cum responsorio de communi plurimarum virginum ut supra.*

## ¶ *Sancti Romani episcopi et confessoris.*

(xxij. Octobris.)

*Invitatorium simplex, tres lectiones fiant cum nocturno. Cetera omnia de communi  
unius confessoris et pontificis dicantur [791]. cum hac oratione.*

**D**eus cui beatus Romanus  
pontifex ita sanctitatis grátia  
decorátus complácuit, ut tuórum  
consórtium in celis promererétur  
[160r.] sanctórum : da ecclésie tue quésumus

ejus intervéntu perpétuam cósequi  
letíciā, cujus depositiónis diem  
gratulándo célebrat solénnem. Per  
Dóminum.

# ¶ Sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum.

(xxv. Octobris.)

*Novem lectiones fiant.*

*Ad primas vespertas dicatur Rx. In circúitu tuo. ix. in communi [768]. cum hac oratione.<sup>188</sup>*

**D**EUS qui sanctis martýribus tuis Críspino et Crispiniáno ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátie contulísti : da nobis fámulis tuis nostrórum véniam peccatórum,

ut sanctórum tuórum intercedéntibus méritis ab ómmbus mereámur adver-sitáibus liberári. Per Dóminum nostrum.

¶ Memoria fiat de sancto Johanne Beverlaco archiepiscopo cum hac oratione.

*Oratio.<sup>189</sup>*

**D**EUS qui hunc diem sanctíssimi Johánnis confessóris tui atque pontíficis translatióne decorásti : fac

nos quésimus ejus méritis in sanctórum tuórum societátem transférri. Per.

*Lectio prima.*

**C**Rispinus et Crispiniánus Suessiónis civitátem hóspitam sue peregrinatiónis ele-gérunt. In qua, quóniam ita prevá-luerat error gentílium, ut hospítium eis eo quod essent Christiáni in-humánitas vetáret : compérta crude-

litáte gentílium, ut sequéntes doctóris géntium magistérium, labóre mánu-um sibi preséntis vite necessária províderent, artem sutóriam quam quiéte exércere potuíssent, didicérunt. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>190</sup>

*Lectio secunda.*

**A**udiens autem hec Maximiánus Ámpius : concító gradu ad per-quiréndos eos Rictiovárumb impietátis sue minístrum diréxit. A quo et

quésiti : calciaménta sunt in predícta urbe páuperum sartiéntes repérti. Quos cum non posset a fide Christi revocáre : claros mártires exténsos

tróclea cedi fústibus jussit. Item Rictiovárus furóre insániens, molas ad singulórum colla jubet suspéndi : et hýemis témpore in flúvio cuius vocábulum est Axóna, velut sub glácie

demérgi. Póstremo vero picem, ádipem, oleúmque simul jussit férvere : et sanctos dénuo mártires in eo precipitári, quasi consuméndos pena precépit. Tu autem.

*Lectio tertia.*

**J**Uibus nocte eádem per revelationem osténsum est, quod illucescénte die, perceptúri labórum ac confessiónis sue prémium, triumphatóres íncliti reciperéntur a Dómino. Que statim vísio rei geste<sup>191</sup> exhibitióne impléta est. Nam Maximiánus mox audíta satéllitis sui

Rictiovári perditíone : utrúmque Críspinum et Crispiniánum gládio puníri precépit. Córpora vero a carníficibus, béstiiis, cánibus, avibúsque ímprobis devoránda sunt derelícta : que Christo custodiénte a morsu eórum mansérunt intácta. Tu autem Dómine.

**T**res medie lectiones de sancto Johanne de Beverlaco.<sup>192</sup>

*Lectio quarta.*

**S**Antus Johánnes Eboracénsis archiepíscopus precípua veneratióne dignus ut in vita sua exístens miraculósus : magnis in mundo postquam decéssit Dei grátia virtútibus choruscávit. Et quia bonórum ómnium retríbútor Dóminus noster Jesus Christus preciosíssimam lucérnam suam non sub módio abscónsam esse docet, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt, sanctíssimum confessórem suum Johánnem, quem in vita sua innú-

meris miráculis et virtútum signis decorávit : mórtuum étiam in imo inter lápidum defórmium duríciem reténtum, sui beneficii largitióne in ómnium infirmitátum curatióne, et membrórum restitutióne mirífice perornávit, et venerábili sublimatióne dignum monstrávit. Laudábili ergo univérsi cleri consílio, dies in quo hujus sancti fieri déberet translátio : octávo kaléndas Novémbbris, Sancto inspiránte Spíritu constitútus est. Tu autem Dómine.

*Lectio quinta.*

**T**empore translatiónis sancti Johánnis Beverláci présulis me-

moráti, préfuit ecclésie Eboracénsi Alfrícus archiepíscopus septimus-

décimus a sancto Johánne : qui anno tértio sui presulátus Romam ivit, et a Johánne papa pállium accépit. Ipsóque<sup>193</sup> cum Alfríco Dorobernénsi archiepíscopo, et ferme totius Anglie presúlibus, die sancto pasche Edwárdum in regem unxit Vyntónie : qui sanctus Edwárdus conféssor dicitur, et apud Londónias more régio sepélitur. Iste étiam Alfrícus archie-

[160v.]

píscopus capsam cum auro et argénto ac lapídibus preciósis ornátam, ópere incomparábili apud Beverlácum fabri- cári fecit : et elevátum de sepúlchro lígneo mirábili artificio inscúlpto, preciósum corpus gloriósi patris Johánnis archiepíscopi cum ingénti cleri plebísque exultatióne, multis ádditis relíquiis, in eam honorífice collocávit. Tu.

*Lectio vj.*

**S**Icque beáti Johánnis predícti translátio veneránda trecentésimo sextodécimo depositiónis sue anno, et Domínice incarnationis millésimo tricésimo séptimo, octávo kaléndas Novémbris, témpore Johánnis pape, et Edwárdi regis Anglie, per venerábilem patrem Alfrícum Eboracénsem archiepíscopum : consentiénte clero et pópulo, solénniter est perácta. Cujus corpus sanctissimum in ecclésia Beverláci cum débita reveréntia a túmulo in chorum ad summum altáre ejúsdem ubi nunc

cólitur : disponénte Dómino venerábiler est translátum. In quo loco per ejus mérita gloriósa : declarántur mirácula plúrima ad laudem Dei et sancti sui. Nos ergo fratres charísimi, translatióнем hodiérnam sancti Johánnis archiepíscopi, ejúsque sancta mirácula celébri cum devotióne recenséntes : suo intervéntu a malis ómnibus protegámur, et decúrso preséntis vite stádio, annuénte Dómino ad etérrna celórum gáudia transferámur. Tu autem.

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii secundum Lucam, Descéndens Jesu de monte. Quere in communi plurimorum martyrum, [765].<sup>194</sup> et cetera omnia de communi plurimorum martyrum. [739].*

# ¶ Sanctorum apostolorum Symonis et Jude.

(xxvij. Octobris.)

Festum inferius duplex.

Ad utrasque vespertas et ad matutinas, et ad tertiam.

Capitulum. (Ad Romanos viij. [28.])

**S**Cimus quóniam diligéntibus  
Deum ómnia cooperántur in  
bonum his qui secúndum propósitum |  
vocáti sunt sancti. [R.] [Deo  
grátias.]<sup>195</sup>

Responsorium. Qui sunt. [644].

[ ¶ Hic cantus sequens dicatur ad primas vespertas et at matutinas super hunc hymnum.]<sup>196</sup>

HS:183v; 1520-S:147r; 1531-S:160v.

Hymn.



I.

E- á-te Symon \* et Thá-de- e íncli- te, Cérni-  
te nostros gémi-tus cum láchrimis : Quique per lapsum me-rú-  
imus bá-ratrum, Per vos ce-ló- rum me-re- ámur á-di-tum.

Annue Christe. [645]. Et dicatur in hoc versu Hymni, [Nobis] per horum tibi cara  
mérita : et Horum solvántur gloriósis précibus.

X. In omnem terram exívit souus eórum.

[R. Et in omnes fines terre verba eórum.]<sup>197</sup>

sar0807.

8097.

*Ant.* Beati éritis. [649].

*Ps.* Magnificat. 53\*.

*Oratio.*

**C**oncéde quésumus omnípotens Deus : ut sicut apostolórum tuórum Symónis et Jude gloriósa natalícia prevenímus : sic ad tua

beneficia promerénda majestátem tuam ipsi pro nobis prevéniant. Per Dóminum.

*Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis.* [397].

*Ad matutinas.*

*Novem lectiones fiant.*

*Lectio prima.*

**S**imon Chananeus et Judas Zelotes apóstoli Dómini nostri Jesu Christi, cum per revelationem Spíritus Sancti Pérsidam fuissent ingrési : invenérunt ibi duos magos Zároen et Arpháxat, qui a fácie sancti Mathéi apóstoli de Etiópia fúgerant, et prava sua doctrína totam Pérsidam pollúerant. Sancti ítaque apóstoli cum ingrési essent Pérsidam : occurrít eis preféctus exércitus Wáradach<sup>198</sup> ducis regis Babyloni-

órum, cui nomen erat Xersis.<sup>199</sup> Hic contra Indos qui fines Pérside inváserant, suscéperat bellum. In cujus comitátu erant sacrificatóres et arioli, et magi et incantatóres : qui per síngulas mansiónes sacrificántes demóniis dabant respónsa fallácie sue. Sed illa die concidéntes se et sanguinem suum effundéntes : nullum pénitus dare potuérē respónsum. Tu [autem Dómine miseré nostri].<sup>200</sup>

*Lectio ij.*

**P**Errexérunt ítaque ad fanum vícine civitátis : et illic consulentibus dedit mágítum demon, et dixit, Dii qui vobíscum comitabántur eúntibus ad prélium, non possunt vobis dare respónsum : quia apóstoli

Dei ibi sunt. Unus díctitur Symon : et alter Judas. Isti autem tantam virtútum consecúti sunt a Deo : ut nullus deus áudeat illis preséntibus loqui. Tunc Wáradach dux fecit eos perquirí. Qui cum invénti fuissent,

cepit ab eis quérere unde essent : vel qui essent, aut quare advenísserit. Cui sanctus Symon apóstolus dixit, Si genus queris : Hebréi sumus. Si condiciónem : servi sumus Jesu Christi. Si causam advéntus, salútis vestre causa venímus : ut relícto erróre simulachrórum Deum qui in celis est póssitis agnoscere. Cui [161r.] respóndens Wáradach ait, Nunc ínterim ad prélium vado Indórum, quod proposuérunt fines Pérsie invadéntes et Medórum secum auxília contra nos promovérunt : et non est

oportúnum michi ut de his discútiam. Cum fúerit felix in reverténdo succéssus : áudiam vos. Dicit ei sanctus Judas apóstolus, Modo magis cóngruum est te cognoscere illum, cujus ope et auxílio possis victor exístere : vel certo eos qui rebélles sunt pacatíssimos inveníre. Dicit ei Wáradach, Quóniam áudio deos nostros non esse ausos in vestri preséntia nobis dare respónsum, vos nobis futúra predícite : ut quos belli éxitus habitúri sumus possim scire. Tu autem Dómine.

*Lectio tertia.*

**D**icit ei sanctus Symon apóstolus, Hódie intermítte profectiónem, et crástina die hac hora, id est tértia, vénient ad te quos premisísti cum legátis Indórum : qui vobis et terras invásas, et império vestro restitútas nunciábunt : et solútis tribútis, áditum<sup>201</sup> referent, ac pacis vestre ad quascúnque condiciónes voluéritis gratánter consentiéntes, pactum firmissimum stabílent. Tunc ex consílio jussit eos dux in crástinum in custódia habéri : ut rerum éxitus dóceret, si posset eórum assértio comprobári. Factum est autem in crástino juxta verbum apostolórum, venérunt qui missi fúerant cursu velocíssimo in drómedis : et

nunciavérunt ómnia ita esse, ut apóstoli fúerant prelocúti. Duo autem apóstoli a rege et duce rogáti morabántur in Babylónia, faciéntes mirabília magna : illuminantes cecos, surdis audítum reddéntes, claudi-cántibus gressum, mundántes leprósos, fugántes demónes ex obséssis corpóribus. Cunque uno anno et ménsibus tribus ibi commoráti essent : amplius quam quadragínta mília virórum baptizáti sunt, excéptis párvulis ac muliéribus : baptizáto prius rege cum univérsis primátibus suis. Vidéntes enim omnes infirmitátes verbo curári, cecos illuminári, mórtuos étiam suscitári in nómine Jesu Christi, univérsi pópuli credi-

dérunt, destruéntes templa ydolórum, et ecclésias extrúcitos. Ordinavérunt autem apóstoli in civitáte illa epíscopum nómine Abdiam qui cum ipsis vénerat a Judéa, qui et ipse

víderat Dóminum : et repléta est cívitas illa ecclésiis. Quibus rite ordinátis : profécti sunt. Sequebántur autem eos discipulórum turbe : ducénti et eo ámplius viri.

*Lectio quarta.*

**C**ircuiérunt autem apóstoli duódecim províncias Pérside : et civitátes eárum. Memoráti vero magi Zároes et Arpháxat, faciéntes scélera per civitátes, et dicéntes se esse ex génere deórum : sempérque a fácie apostolórum fugiéntes, tándiu erant in quacúnque civitáte, quándiu agnóscerent apóstolos adveníre. Apóstoli autem ubicúnque fuíssent ingréssi : detegébant facta eórum, et ostendébant doctrínam eórum ab inímico humáni géneris adinvéntam.

Erant autem in Sannir<sup>202</sup> civitáte quadragínta pontífices templórum : quos tali allocutióne magi in Dei apóstolos incitárunt, Ventúri sunt ínquiunt huc duo Hebréi : deórum ómnium inimíci. Qui ubi docúerint Deum áltérum adorári débere : vos exclúsi éritis a facultáibus vestris, et ut purgaménta abjécti.<sup>203</sup> Alloquímini ergo pópulum ut mox cum urbem istam intráverint : teneántur ad sacrificándum.

*Lectio v.*

**F**Actum est autem ut postquam peragrásset apóstoli univérsas Pérside provincias : venírent ad Sannir<sup>204</sup> civitátem magnam. In quam cum fuíssent ingréssi et manérrent apud discípulum suum ejúsdem civitátis virum nómine Sennen : ecce circa horam primam omnes simul pontífices cum pópulo innumerábili clamántes ad Sennen, Produc ad nos inímicos deórum nostrórum. Cum quibus si non

sacrificáveris diis nostris : incendémus te et domum tuam cum ipsis. Intérea tenéntur apóstoli, ducúntur ad templum solis. Quibus ingrediéntibus templum cepérunt clamáre demónes per energúminos, Quid nobis et vobis, apóstoli Dei vivi ? In ingréssu vestro flammis exúrimur. Stabat autem in una ede templi ab oriénte quadrígá solis, fúsilis ex auro : in ália autem ede, quadrígá lune fúsilis ex argénto. Cepérunt ergo pontífices apóstolis

Dei vim fáceré cum pôpulo, ut  
 [161v.] adorárent eos : et illi duo magi qui  
 hanc ipsam violéntiam excitárant.  
 Dixítque Judas ad Symónem, Frater  
 Symon : vídeo Dóminum nostrum  
 Jesum Christum vocántem nos. Et  
 Symon respóndit, Diu est quod  
 intúeor aspéctum Dómini : in médio  
 angelórum. Nam et dixit michi  
 ángelus Dómini cum orárem, Fáciám  
 vos egrédi de templo : et ipsum

templum rúere super eos. Et dixi,  
 Nequáquam Dómine fiat hoc. For-  
 tásse erunt ex his áliqui : qui  
 converténtur ad Dóminum. Igitur  
 cum hec loqueréntur secum, Hebráico  
 sermóne : appáruit eis ángelus  
 Dómini dicens, Confortámini et  
 unum e duóbus elígitte : aut istórum  
 repentina intéritum, aut ad palmam  
 martyrii cum fidúcia boni certáminis  
 vos preparáte. Tu.

*Lectio vj.*

**R**Espondéntes apóstoli dixérunt,  
 Oránda est misericórdia Dómini  
 nostri Jesu Christi, ut et istis  
 propiciétur : et nos ádjuvet, ut pós-  
 simus pertíngere ad corónam. Hec  
 autem soli apóstoli vidéntes et  
 audiéntes : compellebántur a ponti-  
 ficibus adoráre simuláchra solis et  
 lune. Quibus apóstoli dixérunt,  
 Fácite fleri siléntium : ut demus  
 respónsum omni pôpulo audiénte.  
 Facto autem siléntio : dixérunt  
 apóstoli, Audíte omnes et vidéte.  
 Solem nos scimus servum Dei esse :  
 et lunam simíliter precépto sui  
 Creatóris esse subjéctam. In celi  
 tamen firmaménto consisténtes : non  
 sine injúria sui in templis inclu-  
 dúntur, que in celo omni século  
 patére noscúntur. Et ut sciátis quia  
 simuláchra eórum non sole sed

demónibus plena sunt : precípimus  
 demónibus qui in simuláchro solis et  
 lune vos ludíficant, ut egrediántur ex  
 eis : et ipsi ea commínuant. Et  
 stupentibus cunctis : dixit Symon ad  
 simuláchrum solis, Precípio tibi  
 ludificátor hóminum demon péssime,  
 exi de simuláchro solis : et commínue  
 ipsum, et quadrígam ejus. Simíliter  
 cum hec Judas ad simuláchrum lune  
 dixísset : visi sunt ab omni pôpulo  
 duo Ethíopes, nigri, nudi et horribiles  
 vultu egréssi. Et confringéntes ea :  
 ululátum dire vocis emittébant. Tunc  
 omnes pontífices irruéntes in após-  
 tolos Christi : interfecérunt eos. In  
 ipsa autem hora passiónis eórum :  
 extitérunt fulgúra nímia, ita ut  
 triphárie templum scinderétur a  
 summo tecti fastígio usque ad úl-  
 timum fundaméntum. Magi autem

Zároes et Arpháxat ictu choruscatiónis adústi : in carbónes sunt versi. Post mensem vero tértium misit rex Xeres : et córpora sanctórum apostolórum cum ingénti honóre ad suam tránstulit civitátem. In qua extrúxit eis basílicam mirí-

ficam : et in médio ejus sarcóphagum eis ex argénto puro instítuit. Quo in loco beneficia divína consequúntur : quicúnque credéntes in Dóminum nostrum Jesum Christum illuc meruérunt pervenire.

**C** Secundum Johannem, xv. [17—25.] [Lectio viij.]

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis, Hec mando vobis : ut diligátis ínvicem. Et relíqua.

*Omelia excerpta de commentario beati Augustini episcopi. (Super Johan. tractatu LXXXVII. ante B.)<sup>205</sup>*

**A** Erito magíster bonus dilectionem sic sepe comméndat, tanquam sola precipiénda sit : sine qua non possunt prodésse cétera bona, et que non potest habéri sine céteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac dilectióne : patiénter

debémus étiam mundi ódia sustínere. Necésse est enim ut nos óderit : quos cernit nolle [dilígere] quod diligit.<sup>206</sup> Sed plúrimum nos de seípso Dóminus consolátur, qui cum dixisset, hec mando vobis ut diligátis ínvicem : adjécit atque ait, Si mundus vos odit : scítote quia me priórem vobis ódio hábuit. Cur ergo se membrum supra vérticem extóllit ? Recúsas esse in corpore : si non vis ódium mundi sustínere cum cápite. Tu autem, Dómine miserére [nostrí].<sup>207</sup>

*Lectio octava.*

**S**i de mundo inquit essétis : mundus quod suum erat dilígeret. Universe útique hoc ait ecclésie : quam plerúmque étiam ipsíus mundi nómine appéllat, sicut est illud, Deus erat in Christo mundum reconcílians<sup>208</sup> sibi. Itémque illud, Non venit Fílius hóminis in mundum<sup>209</sup> ut júdicet mundum : sed ut salvétur mundus per ipsum. Et in

epístola sua Johánnes ait, Advocátum habémus apud Patrem Jesum Christum justum : et ipse est propiciátió peccatórum nostrórum. Non tantum nostrórum : sed et totius mundi. Totus ergo mundus ecclésia est : et totus mundus odit ecclésiam. [162r.] Mundus ígitur odit mundum : inimícus reconsiliátum, damnátus salvátum, inquinátus mundátum. Sed

iste mundus quem Deus in Christo reconsíliat sibi, et qui per Christum salvátur, et cui per Christum omne peccátum donátur : de mundo éléctus est inimíco, damnáto, contamináto. Ex ea quippe massa, que tota in Adam péríit, fiunt vasa misericórdie in quibus mundus est pértinens ad reconsiliatióñem quam mundus odit :

Tractat.

LXXXVIII. A.

**F**rgo et ipsi inde erant unde ut non essent elécti sunt inde : non méritis suis, quorum nulla bona precésserant ópera, non natúra, que tota fúerat per líberum arbítrium in ipsa radíce viciáta, sed gratúita hoc est vera grátia. Mementóte inquit sermónis mei quem ego dixi vobis : non est servus major dómino suo. Si me persecuti sunt : et vos persequéntur. Si sermónem meum servavérunt : et vestrum servábunt. Exhórtans Dóminus servos suos ad mundi ódia perferénda patiénter : nullum majus eis neque mélius, quam de semetípsò ponit exémplum, quóniam sicut dicit apóstolus Petrus, Christus passus est pro nobis, relínquens nobis exéplum, ut sequámini vestígia ejus. Sed hec ómnia inquit fácient vobis : propter nomen meum. Que ómnia fácient, nisi que dixit ódio habébunt

et ex eádem massa pértinens ad vasa ire que perfécta sunt ad perditiónem. Dénique cum dixisset, Si de mundo essétis, mundus quod suum erat diligenter : contínuo subjúnxit, Quia vero de mundo non estis, sed ego vos elégi de mundo : proptérea odit vos mundus. Tu autem.

*Lectio ix.*

scílicet et persequéntur sermonémque contémnent ? Quóniam si sermónem non servárent eórum, nec tamen odíssent eos, nec perseveréntur, vel étiam si odíssent nec tamen perseveréntur, non ómnia fácerent. Hec autem ómnia fácent vobis : propter nomen meum. Quid est áliud dícere quam me in vobis ódio habébunt, me in vobis persequéntur, et sermónem vestrum quia meus est, ídeo non servábunt ? Hec enim ómnia fácent vobis propter nomen, non vestrum : sed meum. Tanto ígitur miserióres qui propter hoc nomen ista fáciunt : quanto beatiores qui propter hoc nomen ista patiúntur. Sicut ipse álio loco ait, Beáti qui persecutióñem patiúntur propter justiciam : hoc est, propter me, vel propter sermónem meum.<sup>210</sup>

**C**etera omnia ad matutinas et ad alias horas de communi apostolorum dicuntur [643]. cum hac oratione.

**D**Eus qui nos per beatos apóstolos tuos Symónem et Judam ad agnitionem tui óminis veníre tribuísti : da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum.

*Ad secundas vesperas R<sup>g</sup>. Cives apostolórum. ix. in communi [661]. Oratio ut supra. {1548}.*

## ¶ Sancti Quintini martyris.

(xxxij. Octob.)

Tres lectiones fiant cum nocturno propter vigiliam cum hac oratione.

**S**ancti Quintini martyris tui nos  
quésumus Dómine<sup>211</sup> veneránda

festívitás múniat : et fragilitáti nostre  
subsídium exóret. Per.

### Lectio prima.

**S**anctus Quintinus ad  
predicandum verbum Dei in  
Gállias diréctus, in urbe  
Ambianénsi<sup>212</sup> resédit : ibique Dó-  
mini fidem annunciaré géntibus cepit.  
In illis diébus surgénte persecutióne  
contra Christiánam fidem : diréctus  
est a Maximiáno Rictiovárus Galli-  
árum preféctus. Qui Ambiánis per-  
véniens, et famam beáti Quintíni

áudiens, comprehéndi eum precépit,  
et in cárcerem récipi : et sequénti die  
sibi presentári. Cui et dixit, Quid  
passus es, ut nóbili génere natus, eum  
colas qui ab homínibus est crucifixus ?  
Quintinus respóndit, Vera nobilitas  
est : recognoscere factórem celi et  
terre et ómnium creaturárum. Tu  
autem Dómine [miserére nostri].<sup>213</sup>

### Lectio secunda.

**R**ictiovárus dixit, Quintíne :  
sacrífica diis. Nam si nolúeris :  
divérsis te fáciam penis interfici.  
Sanctus Quintinus respóndit, Fac  
quod vis : quia non pertiméscó minas  
tuas. Tunc Rictiovárus jussit eum  
exténdi : et a quaterniónibus cedi.  
Cumque cedéntes defecíssent : jussit  
eum in cárcerem récipi. Ubi eo  
pósito : appáruit ei angelus Dómini  
dicens, Exi et corróbora pópulum :

qui per te crédidit in Dóminum [162v.]  
Jesum Christum. Et éxiens : cepit in  
média urbe annunciaré pópulo ver-  
bum Dei. Custódes autem cárceris  
evigilántes, et cárcerem clausum, sed  
néminem inveniéntes intus : cucur-  
réunt et invenérunt servum Dei in  
médio pópuli verbum Dómini  
predicántem. Vidéntes autem tam  
miráble factum : convérsi sunt ad  
Dóminum. Tu.

### Lectio iij.

**P**ost hec jussit Rictiovárus beá-  
tum Quintínum sibi exhiberi :

cui et dixit, Ut vídeo elegísti  
consílium ut magis mori quam vivere

velis. Quintinus respóndit, Non est mors si perseveravéro in torméntis : que a te michi inferúntur. Jussit ergo judex calcem et acétum et sinápem afférri : et in os ejus infundi. Post hec jussit eum ponderósis cathénis circundári : et ad quoddam muni-cípium quod Augústo Viromandórum nuncupátur duci. Ubi ipse véniens :

cepit eum blandis sermóníbus ad im-molándum hortári. Quo recusánte : jussit eum capitáli senténtia puníri. Et edúctus orávit : deínde cervíces suas persecutóribus óbtulit. Et am-putáto cápite : statim de collo ejus colúmba tanquam nix cándida éxiit, que celos penetrávit. Tu autem.

*Cetera omnia fiant de festo ad matutinas et ad alias horas usque ad missam que erit de vigilia, et omnia fiant de communi unius martyris. [679].*

## Notes.

---

Notes, pages {1462}-{1556}.

<sup>1</sup> 1520-S:134v.

<sup>2</sup> 1520-S:134v.

<sup>3</sup> 'tuam in beati' *Chevallon.* ; 'in' non habent Port. 1519, 1557. [SB:886.]

<sup>4</sup> 'beáti Thome confessóris tui atque pontíficis', 1520-S:134v.

<sup>5</sup> 1520-S:134v.

<sup>6</sup> 'ipso interveniénte indulgéntiam', 1520-S:134v.

<sup>7</sup> Nihil habet de S. Thoma herford. Legend. A.D. 1518.—'Nota quod hoc festum sancti thome est festum synodale : ideo dicetur hac die tantum iii. lectiones de S. leodegaro cum invit. simpl. & cap. Omnis pontifex. nichil dicetur de sancto thoma extra dyoc. herfor.' Portif. 1519, 1557. [SB:887.] 1520-S:134v. indicates 'ix. lectiones. Cetera de communi unius confessoris et pontificis'. that is, normally this feast would use the lessons &c. of the common.

<sup>8</sup> 'Translatio S. Hugonis : require in fine libri.' Brev. MS. A.D. 1416, in margine. [SB:889.]

<sup>9</sup> 'Per Dóminum nostrum.', 1520-S:134v.

<sup>10</sup> 'fides' Legend. 1518. cum Port. 1519, 1557. Et sic passim. [SB:889.] 1520-S:134v. has 'Fides.'

<sup>11</sup> SB-S:890.

<sup>12</sup> 'préside', 1531-S:150r.

<sup>13</sup> 'fides' Legend. 1518. [SB:891.]

<sup>14</sup> 1520-S:134v.

<sup>15</sup> 'Dómine quésumus', 1520-S:134v.

<sup>16</sup> 1520-S:134v.

<sup>17</sup> 1520-S:134v.

<sup>18</sup> 1520-S:134v.

<sup>19</sup> 1520-S:135r.

<sup>20</sup> 1520-S:135. has a flat at 'nobilitatis'. In BL-52359:424v. 'nobilitatis' is set F.A.CB.GA.G. PEN:271r. agrees with AS. In 1520-S:135v. 'consors' is set FGAA.A.

<sup>21</sup> 1520-S:135v.

<sup>22</sup> 1520-S:135v.

<sup>23</sup> In BL-52359:425r. 'verbi' is set AGBbA.G.

<sup>24</sup> In 1520-S:136r. and in BL-52359:425r. 'incrédule' is set G.A.G.G. BL-52359:425r. has 'penárum suárum recordátio'; no music appears for 'suárum'. BL-52359:425r. has 'roborávit', set C.BA.G.G.

<sup>25</sup> 1520-S:136r.

<sup>26</sup> In 1520-S:136r. the incipit is 'Preciosus Dómini Dionýsius.'

<sup>27</sup> 'summe' non habet Legend. 1518. [SB:895.]

<sup>28</sup> 'Idem dictus est Macarius, id est beatus.' *Legenda Aurea* (cliii. = 148.) de S. Dionysio. [SB:895.]

<sup>29</sup> SB-S:895.

<sup>30</sup> 1520-S:136r. omits the flat at 'passiones'. In BL-52359:425v. 'succéssit' is set A.ACBBbABb.BbA; 'promeruísse' is set G.C.DF.FED.DFGEFE; 'Spíritus' is set A.A.A.

<sup>31</sup> 'Idem dictus est Macarius, id est beatus.' *Legenda Aurea* (cliii. = 148.) de S. Dionysio. [SB:896.]

Notes.

---

<sup>32</sup> 'gratias tibi' *Chevallon.* ; 'grátias ago tibi' *habent Port.* 1519, 1557. [SB:896.]; *repetitionem clausule Ut nullum. non habet Chevallon.* [SB:896.] BL-52359:425v. has 'Grátias ago tibi'; ago is set A.AG; 'qui' is set D; 'probatióñem' is set FD.F.AG.AGFGA.G; 'tuórum' is set A.CDED.DC; 'martýribus' is set F.GA.FED.DFDCC.

<sup>33</sup> 'illic' *Legenda Job. MS.* [SB:896.]

<sup>34</sup> 'divino' *Chevallon. cum Leg.* 1518. ; 'devio' *Legenda Job. MS.* [SB:896.]

<sup>35</sup> In 1520-S:136v. 'tradénte' begins DF. AS:561. has no flat at 'errórem'. In 1520-S:136v. 'Illuc' is set E.GEGAGEFGFED. In BL-52359:426r. 'Beatíssimus' is set F.DF.F.F.F; 'Cleménte' is set EF.GAGFGAg.GF; no flat appears at 'ámplius'; 'errórem' is set EF.GAGFGAGA.AG; 'Illuc' is set E.GEGAGEFEDED; 'fidei' is set FG.GFREFEDE.ED; 'armátus' is set Df.EFED.F.

<sup>36</sup> In 1520-S:137r. 'probatásque' is set G.G.B.G. In BL-52359:426r. 'honóre' is set E.FE.F.

<sup>37</sup> 1520-S:137v.

<sup>38</sup> 'crudulitatis' *Chevallon.* [SB:898.]

<sup>39</sup> In BL-52359:426v. 'dignabáтур' is set D.D.DEFEDEFED.ED; 'Ut' is set GA--but in the cue for the repetition it is set C.

<sup>40</sup> 'trucidissimis' *Chevallon. cum Leg.* 1518. ; 'crudelissimis' *Leg. Job. MS.* [SB:898.]

<sup>41</sup> In 1520-S:137v. 'sacrum' is set ABC.A; 'mystérium' is set A.ABC.A.ACGAGGF--these both appears to be cases where 'ABC' stands for ACC. Likewise, in BL-52359:426v. 'mystérium' is set A.ABC.A.ACCACGGF. In BL-52359:426v. 'appáruit' is set G.CD.DC.C; 'Dóminus' is set FGAGAB.A.A; at 'angelórum the flat appears after the B; 'audíerint' is set C.C.C.C; 'salus' is set CDc.C. 'est enim', 1531-S:151v.

<sup>42</sup> 'impetrabis' *Brev. MS., Portif.* 1519 &c., et *Chevallon. in hoc loco, mox tamen* (p. 902, *juxta finem octave lectionis*) *rectius* 'impetrabit.' [SB:900.] 'impetrábis', 1520-S:138v.

<sup>43</sup> In BL-52359:427r. 'predicatióñibus' is set G.F.A.C.CD.C.CBCDC; 'obtinéret' is set AC.BA.G.G.

<sup>44</sup> 1520-S:138v.

<sup>45</sup> 'et a toto corpore' *Chevallon.* [SB:901.]

<sup>46</sup> 1520-S:138v. has 'apostolátui', set C.C.C.C.CB.BA. In BL-52359:427v. 'Dinonýsii' is set F.A.C.AG.A; 'triúmphans' is set CDED.CBCDAB.AG; 'eam' is set G.G.

<sup>47</sup> In 1520-S:134v. 'succénsus' is set CD.FGA.G. In BL-52359:427v. 'amóris' is set GF.GGFG.FGFD; 'constánter' is set CD.FGFFE.FGA; 'sustínuit' is set AGAFGA.D.DEFEF.ED; 'tormentórum per' is set GA.Cb.CDC.BACBAGA GD; 'ad societátem' is set ACD GA.AGF.ED.EFe.ED; 'angelórum' has GFE after the second B-flat

<sup>48</sup> 'agone' *Legenda Job. MS.* [SB:903.]

<sup>49</sup> In 1520-S:139r. 'hac' is set FA; 'cum' is set GAg. In AS:565. 'et Eleuthérii' is set G.AF.GA.GA.AB,A.A. In BL-52359:428r. 'ergo' is set GAg.FGAGFEDF; 'gáudio' is set FGA.FED.DEDDC; 'intulérunt' is ste FEGA.FE.DFEFE.ED; 'Rústici' is set G.GA.G.

<sup>50</sup> SB-S:904.

<sup>51</sup> In 1520-S:139v. the Psalms are indicated as '*Seculorum amen.*'

<sup>52</sup> In 1520-S:139v. 'percussóris' is set F.F.F.G.

## Notes.

---

- <sup>53</sup> In 1520-S :139v. 'constántia' is set G.G.G.EF.
- <sup>54</sup> In BL-52359:428r. 'ad huc' is set F F.
- <sup>55</sup> 1520-S:140r. has a flat at 'meruérunt'.
- <sup>56</sup> In BL-52359:428v. 'capud' is set C.DF.
- <sup>57</sup> 1520-S:140r.
- <sup>58</sup> 1520-S:140r.
- <sup>59</sup> SB-S:904.
- <sup>60</sup> In BL-52359:428v. 'explévit' is set F.AFAB;CB;AB;B;A.
- <sup>61</sup> 1520-S:140v.
- <sup>62</sup> 1520-S:140v.
- <sup>63</sup> In 1520-S:140v. 'beáte' is set E.FE.D.
- <sup>64</sup> 1520-S:140v.
- <sup>65</sup> 'suffrágiis júgiter', 1520-S:140v.
- <sup>66</sup> 1520-S:140v.
- <sup>67</sup> 1520-S:140v.
- <sup>68</sup> 'Nichasii' Chevallonius in Kalndario, et alii multi. Interdum *Nicasii*. [SB:905.] 1520-S:140v.  
has 'Nichasii'.
- <sup>69</sup> 'solemnitátem', 1520-S:140v.
- <sup>70</sup> 1520-S:140v.
- <sup>71</sup> 'Nichásius', 1520-S:140v.
- <sup>72</sup> 'Publicataque sententia perditionis' *Legenda Joh. MS.* [SB:907.]
- <sup>73</sup> SB-S:907.
- <sup>74</sup> 'ita.' *Leg.* 1518. [SB:908.]
- <sup>75</sup> 'REGIS ET MARTY.' Chevallon. ; 're.' et mox 'regis' *Leg.* 1518. [SB:909]; 'marty.' Chevallon.
- <sup>76</sup> 1520-S:141r.
- <sup>77</sup> 1520-S:141r.
- <sup>78</sup> 1520-S:141r.
- <sup>79</sup> 1520-S:141r.
- <sup>80</sup> SB:909. has 'regi' with the note : 'rege' *Chev.*
- <sup>81</sup> A short version of these lessons appears in BL-52359:499v. ff.
- <sup>82</sup> 'magnus', BL-52359:499v.
- <sup>83</sup> 'Emina' *Portif.* 1518, 1519 ; 'emma vero' *Leg.* 1518. *cum Leg. Joh. MS.* [SB:910.] 'emma vero',  
BL-52359:499v.
- <sup>84</sup> 'fili', BL-52359:499v.
- <sup>85</sup> 'Spíritus Sancti grácia', BL-52359:500r.
- <sup>86</sup> SB-S:910.
- <sup>87</sup> 'festinoque' *Leg.* 1518. [SB:910.]
- <sup>88</sup> '&' *Chevallon.*, 'et' *Leg.* 1518. 'ut' *Leg. Joh. MS.* [SB:911.]
- <sup>89</sup> 'incélant'? , BL-52359:500r.

## Notes.

---

<sup>90</sup> 'Citra' *Chevallon.* [SB:911.]

<sup>91</sup> 'érupti', BL-52359:500r.

<sup>92</sup> *Legendum videtur Daniæ contra librorum auctoritatem.* [SB:911.]

<sup>93</sup> 'junior' *Legenda Job. MS. in litura ; non habent Portiforia.* 'sucinojunior' *Chevallon.* 'suveino iunior' *Leg. 1518.* [SB:911.] 'eweino? minor', BL-52359:500r.

<sup>94</sup> 'preparáverat', BL-52359:500r.

<sup>95</sup> 'scapla', BL-52359:500r.

<sup>96</sup> 'exténdet et elápsit córruit et demórsus est.', BL-52359:500r.

<sup>97</sup> 'intersigino.' *Leg. 1518.* [SB:912.]

<sup>98</sup> 'gratiosa' *Chevallon.* [SB:912.]

<sup>99</sup> 'quod me nequaquam . . . inglorium : quem ad regnum' (*cum Chev. et Leg. 1518.*). *Leg. Job. MS. manu prima, sed* 'qui me nequaquam . . . inglorium : et qui ad regnum' *manu secunda.* [SB:913.]

<sup>100</sup> SB:913. has 'valitúdine' with the note: 'valitudine' *Chevallon. cum Leg. Job. MS. et Leg. 1518.*

<sup>101</sup> 'et . . . professione' *non habet Legenda Job. MS.* [SB:914.]

<sup>102</sup> 1520-S:141r.

<sup>103</sup> 1520-S:141r.

<sup>104</sup> 1520-S:141r.

<sup>105</sup> 1520-S:141r.

<sup>106</sup> 1520-S:141r.

<sup>107</sup> 1520-S:141r.

<sup>108</sup> In 1520-S:141r. 'pape' is crossed out and 'episcopo' is inserted.

<sup>109</sup> 'tuum nos' *Missale cum Port.* [SB:914.]

<sup>110</sup> 'Scti Iralixti' in binis page in summitatibus *Leg. 1518,* quamvis littere *k* vera formula alibi apud Hopylium invenitur, scilicet apud xvii. Julii (et ad Novemb. xxv. *K* et *k*). [SB:915]; 'In natali scti Kalixti' *Leg. 1518.* [SB:915]

<sup>111</sup> In 1520-S:141r. the incipit is 'Tempóribus Martíni imperatóris.'

<sup>112</sup> SB:915. has 'Calepódius' with the note: 'calepodius' *Chevallon. cum Leg. 1518* ; 'calopodius' *Portiforia.*

<sup>113</sup> SB:915. has 'Calepódius' with the note: 'calepodiū' *Chevallon. cum Leg. 1518.*

<sup>114</sup> SB:915. has 'Calepódius' with the note: 'calepodius' *Chevallon. cum Leg. 1518.*

<sup>115</sup> SB:916. has 'Calepódius' with the note: 'calepodiū' *Chevallon. cum Leg. 1518.*

<sup>116</sup> SB:916. has 'Calepódius' with the note: 'calepodius' *Chevallon. cum Leg. 1518* ; 'calopodius' *Portiforia.*

<sup>117</sup> [In Dedicatione] Michaelis Archangeli, xxix. Septembris, {1424}. [SB:917.]

<sup>118</sup> 'ane.' *Chev.* [SB:917.]

<sup>119</sup> 1520-S:141r.

<sup>120</sup> 'accipere' *Legenda Job. MS.* [SB:918.]

<sup>121</sup> SB-S:918.

<sup>122</sup> 'Occeano' *Chevallon. cum Leg. 1518.* [SB:920.]

## Notes.

---

- <sup>123</sup> 'varia' *Chevallon. cum Leg.* 1518 ; 'mari' *Brev. Gonv.-Cai. MS.* 'maris' *Legenda Joh. MS. super lituram.* [SB:920.]
- <sup>124</sup> 'abricesi' *Leg.* 1518. [SB:920.]
- <sup>125</sup> 'abricesem' *Leg.* 1518. *ubi mox 'britania.'* [SB:920.]
- <sup>126</sup> 'tantum' *Chevallon.* ; 'vero' *Brev. Gonv.-Cai. MS.* ; 'tanta' *Legenda Joh., MS. et Brev. Coll. Joh. Cant. MS.* ; 'tamen' *Leg.* 1518. [SB:920.]
- <sup>127</sup> 'pigneribus,' *Legenda Joh. MS.* [SB:924.]
- <sup>128</sup> 'conectio' *Chevallon.* [SB:924.]
- <sup>129</sup> 'que' *Legenda Joh. MS. cum Leg.* 1518. [SB:925.]
- <sup>130</sup> 'ceci' *Legenda Joh. MS. cum Leg.* 1518 ; *non habet Chevallon.* [SB:925.]
- <sup>131</sup> 'diuinitus suum recepit visum,' *Legenda Joh. MS.* [SB:925.]
- <sup>132</sup> 'ostensione' *Legenda Joh. MS. cum Leg.* 1518. [SB:926.]
- <sup>133</sup> 1520-S:141r.
- <sup>134</sup> 1520-S:141r.
- <sup>135</sup> 1520-S:141r. Part of this rubric is illegible.
- <sup>136</sup> 'de communi unius virginis non martyris', 1520-S:141r.
- <sup>137</sup> 'sentiámus', 1520-S:142v.
- <sup>138</sup> 'totum de Communi.' *Leg.* 1518. [SB:927.]
- <sup>139</sup> SB-S:928.
- <sup>140</sup> 'Sancte', 1520-S:142v.
- <sup>141</sup> 1520-S:142v.
- <sup>142</sup> SB-S:930.
- <sup>143</sup> 1520-S:142v.
- <sup>144</sup> 1520-S:142v.
- <sup>145</sup> 'quésumus Dómine', 1520-S:142v.
- <sup>146</sup> 'absólvas', 1520-S:142v.
- <sup>147</sup> 'Gloriósus evangelísta Christi Lucas', 1520-S:142v.
- <sup>148</sup> 'nominis dei' *Chevallon.* 'noīs' (*tantum*) *Leg.* 1518. 'nominis Christi' *Leg Joh. MS., Portif. 1519, 1557.* [SB:931.]
- <sup>149</sup> *Legendum videtur 'eum cum,' quod habent Portiforia.* [SB:932.]
- <sup>150</sup> SB-S:932.
- <sup>151</sup> SB-S:933. give the preceding as a couplet : Jura sacerdótii / Lucas tenet ore júvenci.
- <sup>152</sup> SB-S:933.
- <sup>153</sup> 'a Deo dilectum' *Legenda Joh. MS.* ; 'ad dilectum. Ergo et Dei te' *Leg.* 1518. [SB:934.]
- <sup>154</sup> 'bythinia' *Leg.* 1518. [SB:935.]
- <sup>155</sup> *Gregorii In Evangelia, Homilia XVII., Opera I.* 1496. [SB:935.] 'Omelia venerabilis Bede presbyter Dóminus ac Salvátor.', 1520-S :142v.
- <sup>156</sup> '[per]', SB-S:936.
- <sup>157</sup> 'quatenus hoc nobis' *Chevallon.* 'quatinus hoc nobis' *Leg.* 1518. [SB:936.]

## Notes.

---

<sup>158</sup> 1520-S:142v.

<sup>159</sup> 'Similitudo animálium.', 1520-S:142v. However, the reference is in fact to 'Similitúdo vultus', as on the feast of St. Matthew. See Risby:75r.

<sup>160</sup> 1520-S:142v.

<sup>161</sup> This feast does not appear in 1520-S.

<sup>162</sup> 'Scē fredesvuide v'ginis nō mar. ix lect'. de cōi.' Leg. 1518. [SB:937.]

<sup>163</sup> 'bonumvadum' *Chevallon*. [SB:938.]

<sup>164</sup> SB-S:938.

<sup>165</sup> 'milia' Leg. 1518. [SB:943.]

<sup>166</sup> 'v'ginū et mar.' Leg. 1518. [SB:943.] 1531. provides only a collect and three lessons. AS. and PEN provide proper music for a feast of three lessons. 1520-S. provides music for a feast of nine lessons. This appears in the Appendix.

<sup>167</sup> PEN:272r.

<sup>168</sup> AS:567. has only the text incipit here. In PEN:272r. 'celórum ságene' is set FE.D.C CD.D.C; 'ex' is set EG; there is no no flat at 'quam'.

<sup>169</sup> In PEN:272r. 'Veníte' is set DA.AGAB,,A.

<sup>170</sup> AS:567.

<sup>171</sup> In AS:567. 'factus' is set G.G.

<sup>172</sup> 'quod diu' Leg. 1518. [SB:944.]

<sup>173</sup> 'exsoluit' Leg. 1518. [SB:944.]

<sup>174</sup> SB-S:944.

<sup>175</sup> In PEN:272v. 'Felíciter' is set DCA.CDE.D.D.

<sup>176</sup> 'religatisque . . . abierunt.' Leg. 1518. [SB:944.]

<sup>177</sup> 'egresse sunt.' *Legenda Job. MS. cum Leg.* 1518. [SB:944.]

<sup>178</sup> SB-S:945.

<sup>179</sup> In PEN:272v. 'Innumerábilis' is set D.D.A.CDED.CD.D; 'est' is set ABCA; 'perhenni' begins AGGF. PEN:272v. omits the repeated part of the melisma at 'applicare' but has a blank space here, suggesting an omission at this point. AS:568. omits 'mentis'.

<sup>180</sup> PEN:272v.

<sup>181</sup> AS:569. and PEN:273r. have no 'V. Glória Patri.'

<sup>182</sup> In PEN:273r. 'Prudéntes' is set D.D.C.

<sup>183</sup> PEN:273r.

<sup>184</sup> AS:569. and PEN:273r. have no 'V. Glória Patri.' In PEN:273r. 'factus' is set FG.GF.

<sup>185</sup> PEN:273r.

<sup>186</sup> AS:569. and PEN:273r. have no 'V. Glória Patri.' In PEN:273r. 'lampáibus' is set GF.FG.GF.F. 'exíerunt óbviā' is set A.A.A.A GA.G.G.

<sup>187</sup> AS:568-569.

<sup>188</sup> 1520-S:146v. has the following prayer and rubric. 'Deus qui sanctis martyribus tuis Críspino et Crispiniano corónam martyrii prestitísti : concéde quésumus, ut eórum intercessióne véniam

Notes.

---

consequámur delictórum, et etérna gáudia beatórum. Per. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*<sup>1</sup>

<sup>189</sup> 1520-S:147r. has the following prayer. 'Deus qui preséntem diem beáti Johánnis confessórí tui atque pontíficis migratióne consecrásti, da ecclésie tue digne de ejus consolatióne gaudére : ut apud misericórdiam tuam exémplis ejus adjuvémur et méritis. Per Dóminum.'

<sup>190</sup> SB-S:946.

<sup>191</sup> 'rei gesta' *Chev.* [SB:947.]

<sup>192</sup> 'beuerlaco epo. & confes. videlicet de cōi.' Leg. 1518. [SB:947]

<sup>193</sup> 'Ipseque' conjectit Fr. P. [SB:948]

<sup>194</sup> 'de monte. *Omel. ex cōmē ve. be, psby.* Turbe q̄ de longe. q̄re in plurimorum martyrum.' Leg. 1518. [SB:950.]

<sup>195</sup> 1520-S:147r.

<sup>196</sup> 1520-S:147r.

<sup>197</sup> SB-S:940.

<sup>198</sup> 'Waradath' *Brev. Job. MS.* ; 'Waradag' *Port.* 1519, 1557. [SB:951.]

<sup>199</sup> 'Xersos.' *Legenda Job. MS., cum Leg.* 1518. [SB:951.]

<sup>200</sup> SB-S:951.

<sup>201</sup> 'additum' *Legenda Job. MS.* [SB:952.]

<sup>202</sup> 'samur' *Leg.* 1518. *cum Port.* 1519, 1557. [SB:953.]

<sup>203</sup> 'vestris: per purgameta & abiecti.' *Leg.* 1518. [SB:953.]

<sup>204</sup> 'samur' *Leg.* 1518. *cum Port.* 1519, 1557. [SB:953.]

<sup>205</sup> *Augustini In Joannis Evangelium, Tractat.* LXXXVII. LXXXVIII. [SB:955.]

<sup>206</sup> 'nolle quod diligit.' *Chevallon.* ; 'nolle qu diligit.' *Leg.* 1518. 'nolle diligere quod diligit.' *Portif.* 1519, 1557. [SB:956.]

<sup>207</sup> SB-S:956.

<sup>208</sup> 'reconsilians' *Chevallon.* [SB:956.]

<sup>209</sup> 'in mundum' *habet Chevallon. cum Leg.* 1518. *sed omittunt Port.* 1519, 1557. [SB:956.]

<sup>210</sup> 'nomen meum.' *Legenda Job. MS.* [SB:958.]

<sup>211</sup> 'Sancti nos quésumus Dómine mártýris tui Quintíni', 1520-S :147r.

<sup>212</sup> 'ambianensium' *Brev. Job. MS. cum Port.* [SB:957.]

<sup>213</sup> SB-S:959.